

**1345, agosto 20, Perpignano**

*Il re Pietro IV scrive al notaio Pere de Falç, invitandolo a consegnare al guardiano dei frati Minori di Sassari la copia di alcune clausole del testamento di Giovanni Malaspina che prevedevano il lascito di una certa quantità di denaro per la costruzione della chiesa del monastero. Pere de Falç, che conservava il testamento del marchese, si era infatti rifiutato di consegnare la copia suddetta, adducendo come motivazione un ordine del governatore.*

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 1014, ff. 27, 3°-27v.

Petrus et cetera. Fideli suo Petro de Falcibus, notario civitatis Sassari, salutem et cetera. Pro parte guardiani et conventus fratrum Minorum civitatis eiusdem fuit nobis expositum conquerendo quod vos, cuiusdam mandati pretexto per gubernatorem insule Sardinie inde incontrarium vobis facto, contradicitis dare dictis guardiano et conventui copiam seu transumptum auctenticum et signatum de quibusdam clausulis quorumdam legatorum eisdem, ut asseritur, factorum per nobilem Iohannem, marchionem quondam Malespine, in suo ultimo testamento, quod penes vos esse dicitur, de certa peccunie quantitate ad opus constructionis operis ecclesie monasterii prelibati. Quapropter ad ipsorum guardiani et conventus supplicationem humilem propterea nobis factam, vobis dicimus et mandamus quatenus tradatis // inconti-

amenti iamdictis guardiano et conventui copiam seu transumptum auctenticum in mundum redactum clausum et subsignatum de quibuscumque clausulis testamenti predicti facientibus pro eisdem, mandato quocumque per dictum gubernatorem incontrarium vobis facto minime obsistente. Datum Perpiniani, XIII kalendas septembris, anno Domini MCCCXL quinto. Hugo, cancellarius.

Eximius Garcie, ex petitione provisa per Luppum de Gurrea et Vincentium de Sancto Paulo, auditores.

#### 402

##### 1345, agosto 20, Perpignano

*Il re Pietro IV esorta il governatore Guillem de Cervelló a mettere in atto la volontà di Giovanni Malaspina, circa all'assegnazione ai frati Minori di Sassari di una certa quantità di denaro.*

Copia di registro [R], ACA, *Cancellaria*, Reg. 1014, f. 32, 2°.

Petrus et cetera. Nobili et dilecto Guillelmo de Cervilione, gubernatori Sardinie vel eius locum tenenti, salutem et cetera. Cum pro parte guardiani et conventus monasterii fratrum Minorum civitatis Sasseris fuerit nobis expositum reverenter quod nobilis quondam Iohannes, marchio Malespine, legavit in eis in suo ultimo testamento certam alfonsinorum minorum quantitatem super bonis suis mobilibus, pro constructione operis ecclesie monasterii prelibati, ut in eodem testamento plenius dicitur contineri, actamen vos legatum ipsum eisdem de bonis predictis mobilibus, que per vos occupata et emparata tenentur nomine et pro parte curie nostre dare et exsolvere contradicitis minus debite, ut asseritur, et iniuste in ipsorum guardiani et conventus preiudicium non modicum et iacturam. Quocirca ad ipsorum guardiani et conventus supplicationem humilem nobis facta, vobis dicimus et mandamus quatenus iamdicto guardiano et conventui faciatis super dicto legato breve et expeditum iusticie complementum, procedendo in veritate attenta, ac prout in similibus est fieri assuetum. Datum Perpiniani, XIII kalendas septembris, anno Domini MCCCXL quinto. Hugo, cancellarius.

Eximinus Garcie, ex petitione provisa per Luppum de Gurrea et Vincentium de Sancto Paulo, auditores.

## \*403

<ante 1345, settembre 9>

*Il re Pietro IV concede al sassarese Pietro Brandini un mulino situato nelle terre che furono dei Malaspina, dietro il pagamento di un censo di 2 fiorini d'oro.*

Citato in doc. 404.

## 404

1345, settembre 9, Perpignano

*Il re Pietro IV ordina al governatore Guillem de Cervelló di intervenire in difesa del sassarese Pietro Brandini, cui veniva impedito dagli ufficiali aragonesi di raccogliere grano ed orzo per i villaggi della baronia di Osilo da macinare in un mulino situato nella stessa baronia, per il quale mulino Pietro Brandini pagava un censo di 2 fiorini d'oro. Della questione vengono informati anche il vicario, i maiores panis e gli altri ufficiali della baronia di Osilo.*

Copia di registro [R], ACA, *Cancellaria*, Reg. 1014, f. 30, 2°.

Petrus et cetera. Nobili et dilecto Guillelmo de Cervilione, gubernatori et reformatori generali Sardinie et Corsice regni, vel eius vices gerenti presenti et qui pro tempore fuerit, salutem et dilectionem. Nobis Petrus Brandini, civis Sasseris, exposuit conquerendo quod cum ipse habeat in terra que quondam fuerit nobilis marchionis Malespine quendam molendinum, quem pro nobis tenet ad censum duorum florenorum auri, in quo molendino est assuetum molere sive triticare triticum et ordeum diversorum hominum locorum dicte baronie, et non de aliis partibus sive locis cum sit ab aliis locis separatus, et sit in competenti loco hominibus baronie predictae. Et etiam homines dicti molendini consueverint cum asinis et aliis animalibus ire per loca dicte baronie, ut recipiant blada illorum qui molere volunt in dicto molendino. Aliqui ex officialibus nostris aliquotiens prohibent et contradicunt ne aliqui molant eorum blada<sup>a</sup> in molendino predicto,

et eciam quod dicti homines cum dictis animalibus accedant ad dicta loca, quod redundat in dampnum nostri et dicti Petri Brandini et libertatis hominum baronie iamdicte. Quare dictus Petrus Brandini nobis humiliter supplicavit ut usum super molendo in dicto molendino, et dictum bladum perquirendo per dictas villas usitatum deberemus facere observari. Nos vero, dicta supplicacione admissa, vobis dicimus et mandamus quatenus, constituto vobis de predictis, dictum supplicantem in usu antiquo, quo eum esse repereritis, de premissis manuteneatis ac eciam defendatis, nec contra usum solitum dictum Petrum Brandini permittatis super predictis per aliquem agravari. Nos enim mandamus vicario, necnon maioribus panis, aliisque officialibus dicte baronie quod quicquid per vos super predictis cognitum fuerit observent et non contraveniant aliqua racione. Datum Perpiniani, quinto idus septembris, anno Domini MCCCXL quinto. Arnaldus, vicecancellarius.

Bartholomeus de Podio, ex petitione provisa in consilio.

<sup>a</sup> illorum qui molere...eorum blada *in sopralinea*

#### 405

##### 1345, settembre 23, Perpignano

*Il re Pietro IV concede a Berenguer de Cruilles, abitante di Sassari, il castello di Osilo (Hosulo), data la morte di March d'Avinyó, secondo la consuetudo Ispanie, con una dotazione annua di 5.000 soldi di alfonsini minuti «pro custodia et retinentia castri ipsius» e lo stipendio di un cavallo armato, scelto tra i trenta che dovevano stare di stanza a Sassari. Il nuovo castellano avrebbe dovuto risiedere nella fortezza e tenere una guarnigione non inferiore a dieci clientes.*

Copia di registro [R], ACA, *Cancillería*, Reg. 1014, f. 39, 1°.

## 406

**1345, settembre 23, Perpignano**

*Il re Pietro IV informa Guillem d'Avinyó, a capo del castello di Osilo, dell'assegnazione della castellanìa di Osilo a Berenguer de Cruilles.*

Copia di registro [R], ACA, *Cancilleria*, Reg. 1014, f. 39, 2°.

## 407

**1345, settembre 23, Perpignano**

*Il re Pietro IV informa il governatore Guillem de Cervelló, gli arrendadors e amministratori dei redditi del regno di Sardegna dell'assegnazione della castellanìa di Osilo a Berenguer de Cruilles.*

Copia di registro [R], ACA, *Cancilleria*, Reg. 1014, ff. 39, 3°-39v.

## 408

**1345, settembre 26, Perpignano**

*Il re Pietro IV ordina al governatore Guillem de Cervelló di intervenire presso il notaio che «recepit» il testamento di Giovanni Malaspina, poiché questi non voleva consegnare agli manumissores del defunto marchese la copia del testamento stesso, ragione che impediva l'esecuzione in uso pio di certe disposizioni in esso contenute.*

Copia di registro [R], ACA, *Cancilleria*, Reg. 1014, f. 36, 2°.

Nos Petrus Dei gracia rex Aragonum et cetera. Nobili et dilecto Guillelmo de Cervilione, gubernatori insule Sardinie vel eius locum tenenti, salutem et dileccionem. Cum intelleximus quod notarius qui testamentum recepit nobilis Iohannis de Villafrancha, marchionis de Malespina quondam, translatum ipsius testamenti non vult tradere manumissoribus ipsius defuncti, quamquam requisitus, propter quod testamenti exequio in piis causis non potest fieri ut decet. Idcirco ex parte dictorum manumissorum suppliciter requisiti vobis dicimus et mandamus quatenus incontinenti translatum dicti testamenti in quantum pia legata tangit dictis manumissoribus tradi faciatis per notarium supradictum, provideatis tamen et iniungatis expresse dicto notario quod dictis manumissoribus seu cuiusvis alteri translatum non

tradat de aliquo seu aliquibus in dicto testamento contentis que contra ius nostrum in aliquo facere videantur. Datum Perpiniani, VI kalendas octobris, anno Domini MCCCXL quinto. Hugo, cancellarius.

Raimundus Maranges, mandato regio facto per cancellarium.

#### 409

##### 1345, ottobre 5, Perpignano

*Lettera del re Pietro IV a Pietro Brandini, un tempo camerlengo e ora conservator dei beni mobili appartenuti al marchese Giovanni Malaspina. Il sovrano ordina che una certa quantità di frumento e orzo compresa nella manumissoria del detto marchese venga computata fra i redditi della baronia di Osilo.*

Copia di registro [R], ACA, *Cancellaria*, Reg. 1014, ff. 44, 4°-44v.

Petrus et cetera. Fideli de domo nostra Petro Brandini, olim camerlengo, nunc autem conservatori bonorum mobilium que fuerunt nobilis Iohannis marchionis Malespine quondam, necnon habitatori civitatis Sasserri, salutem et cetera. Cum vos in compoto bonorum mobilium pertinencium manumissorie dicti nobilis marchionis Malespine posueritis quandam quantitatem tritici et ordei quam vos tanquam // conservator dictorum bonorum habuistis et recepistis ex possessionibus que fuerunt dicti nobilis marchionis de mandato ipsius seminecis queque nostre curie iuxta morem Italie pertinet, una cum baronia dicti marchionis, et in nostro consilio sit repertum, et de iure existat, quod dicta quantitatis tritici et ordei nostre curie est adquisita, eo quia fructus pendentes pars fundi esse videntur, nosque admissiones factas per dictum quondam marchionem vel eius nomine dicta racione, teneamur dicte manumissorie. Propterea vobis dicimus et mandamus quatenus dictam quantitatem tritici et ordei a compoto dictorum bonorum mobilium tollendo et ipsum compotum cancellando, ipsum triticum et ordeum in nostro compoto reddituum et iurium dicte baronie apponatis receptam, et eciam datam de eadem faciendo, necminus faciatis notamentum in dicto compoto nostro, qualiter curia nostra tenetur dicte manumissorie in missionibus antedictis, iniungimus tamen manumissoribus dicti

marchionis quod predicta de causa vobis nullam faciant questionem, nec aliter vos in iudicio conveniant ullomodo, cum curia nostra, ut premititur, teneantur in quantitate missionum predicatarum. Necminus precipimus cum presenti notariis qui inventarium de bonis mobilibus dicti marchionis fecerunt quod dictum triticum et ordeum cancellent in inventario antedicto, cum ad nos pertineat, ut superius continetur, de quoquidem tritico et ordeo compotum nostro rationali magistro per vos tradi volumus et iubemus. Datum Perpiniani, III nonas octobris, anno Domini MCCCXL quinto. Hugo, cancellarius.

Bartholomeus de Podio, mandato regio facto per Iohannem Fredi, consiliarium.

#### 410

##### 1345, ottobre 5, Perpignano

*Il re Pietro IV dà disposizioni al governatore circa la restituzione al vescovo di Ploaghe e all'abate di S. Maria di Paulis di alcuni terreni occupati indebitamente tempo addietro da Giovanni Malaspina e dai fratelli, ed acquisiti dalla curia regia aragonese dopo la morte del suddetto marchese.*

Copia di registro [R], ACA, *Cancellaria*, Reg. 1014, ff. 54, 2°-54v.

Petrus et cetera. Nobili et dilecto gubernatori generali Sardinie et Corsice regni vel eius vices gerenti, salutem et cetera. Ex parte episcopi ploagensis, insule Sardinie, fuerit nobis humiliter supplicatum ut cum nobilis Iohannes marchio Malespine, et eius fratres, necnon aliqui eorum officiales, per fas vel nefas occupaverint diversos saltus, nemora et alias terras et possessiones dicti episcopi, quas dictus marchio et eius fratres et dicti officiales laborarunt, et in eis seminarunt, et eas pro pasturando animalia locaverunt, ipsasque violenter et contra ius et rationem tenuerunt, et ipse episcopus diu est dicto nobili marchione ab hoc seculo subtracto pluries requisiverit officiales nostros in baronia que quondam fuit dicti marchionis ut restituerent dictos saltus, nemora et alias terras et possessiones, colendas et seminandas per eum, tanquam suas proprias, dicti officiales pretendendo quod omnia bona immobilia que dictus marchio et eius fratres tenebant et posside-

bant sunt curie nostre adquisita et confiscata, et recusarunt dicto episcopo, ut dicitur, tradere possessiones iamdictas, que omnia in ipsius episcopi preiudicium redundare dicuntur. Quare ad suppli-  
 cacionem dicti episcopi postulantis, eciam dictos saltus, nemora  
 et alias possessiones et terras cum iuribus eorum deliberare et tra-  
 dere eidem facere dignaremur, vobis dicimus et mandamus qua-  
 tenus vocatis administratoribus regalibus et auditis ipsorum et  
 dicti episcopi racionibus tamen huiusmodi sine [...<sup>a</sup>]te usque ad  
 sentenciam audiatis, processum autem quem super hoc feceritis  
 clausum // et sigillatum nobis mittere cureritis, ut in nostra curia,  
 causa ipsa per nostram sentenciam et alia terminari. Nos enim  
 super predictis vobis comittimus vices nostras. Datum Perpini-  
 ani, tercio nonas octobris, anno Domini millesimo CCC XL quin-  
 to. Hugo, cancellarius.

Bartholomeus de Podio, ex peticione provisa in consilio.

Similis de verbo ad verbum fuit facta et missa dicto gubernatori  
 et sub dicto kalendario pro parte abbatis monasterii de Pahulis  
 insule Sardinie.

Idem.

<sup>a</sup> 2 lettere

#### 411

##### 1345, ottobre 15, Perpignano

*Il re Pietro IV ordina al governatore del regno di Sardegna di asse-  
 gnare al «conestabulum sive stipendiarium» Eximèn Dezlava alcu-  
 ni beni, mobili e immobili, confiscati al ribelle Francesco di Filattie-  
 ra, già destinati al Dezlava (cfr. docc. 377-379, 396).*

Copia di registro [R], ACA, *Cancellaria*, Reg. 1014, ff. 47v-48v.

Nos Petrus et cetera. Attendentes nobis supplicatum existere per  
 Eximum Deçlava, conestabulum sive stipendiarium nostrum in  
 insula Sardinie, ut cum pretextu cuiusdam nostri mandati in quo  
 continetur quod eidem assignarentur de bonis illorum Sardinie,



qui nobis rebelles existunt, vel comisserunt, tale crimine, quod in locis nostris non sint ausi habitare, per tot possessiones que summaest quinque mille solidos alfonsinorum minorum attingerent, et pretextu dicti mandati eidem possessiones infrascripte que fuerunt Francisci Filatera, nostre curie propter diversa crimina et maleficia per ipsum comissa adquisite, fuerint assignate, ut patet per quoddam publicum instrumentum cuius tenor talis est. In Christi Dei nomine amen. Anno Domini millesimo CCC XL quarto. Noverint universi quod, die mercurii intitulata decima octava mensis febroarii, Eximius Deslava presentavit venerabilibus viris Iuncte de Cherqui, camerario, et Augustino de Nula, notario, maiori de pane de Coros, quandam litteram papiream honorabilis Marchi de Avinione, vicarii, sigillata in dorso sigillo cere rubre officii dicti vicariatus, tenore qui sequitur continentem. Marchus de Avinione vicarius terrarum que olim fuerunt nobilis Iohannis marchionis Malespina quondam, venerabilibus et discretis Augtino<sup>a</sup> de Nula notario, maiori panis de Coros, et Iuncte de Cherqui camerlengo baronie predictae, salutem et dilectionem. Cum per alias nostras litteras vobis mandaverimus quod Eximino Deslava solutionem fieri faceritis in bonis et de bonis Francisci de Filateria, non preiudicando habentibus meliora et potiora iura, et in aliquibus bonis asseruit consequisse pacamentum, et restet sibi ad habendum certam pecunie quantitatem usque ad complimentum illorum denariorum, quos dictus gubernator sibi tradi et assignari mandavit in<sup>b</sup> bonis dicti Francisci de Filateria, et supplicavit nobis quod sibi in aliis bonis dicti Francisci, et tam in saltis, vineis et affaraturis quam in aliis bonis dicti Francisci, et tam in saltis, vineis et affacaturis quam in aliis bonis immobilibus ipsius de residuo satisfaccionem fieri fecerimus. Qua supplicatione dicti Simoni ut iuri et rationi consona, vobis dicimus et mandamus quatenus maiores et iuratos illarum villarum quas vobis dicet Eximius predictus compellatis et constringatis cum iuramento eis de novo prestito, ad denunciandum vobis bona omnia immobilia dicti Francisci de Filateria, et facta relatione per eos extimetis bona omnia quemobilia dicti Francisci per eos vobis nunciata semotim et seperanti, quibus bonis extimetis liceat dicto Eximino pro ea extimacione qua dicta bona duceritis extimanda accepere quod voluerit de bonis predictis per nos extimatis usque ad integram solutionem et satisfaccionem sibi debiti iuxta tenorem litterarum, tam domini gubernatoris quam nostra-

rum vobis pridie directarum continenciam pleniorē, non preiudicando habentibus meliora et potiora iura et quod ipso eciam allegare non possit fore possessorem dictorum bonorum sibi per vos traditorum et tradendorum. In cuius rei testimonium vobis fieri fecimus, et nostri sigilli iussimus comuniti. Datum Osuli, die XI marcii, anno Domini M CCC XL tercio. Qua littera presentata, dictus Eximinus requisivit dictos camerarius et maior panis quod voluit tenorem littere supradicte et secucioni debite demandare. Et dicti camerarius et maior panis, volentes mandata dicti domini vicarii exequi et complere, accesserunt personaliter ad villam de Bangos et assumpserunt secum Arçochochum Pischellam, maiorem dicte ville, et iverunt ad extimandum curiam de Banguos, olim Francisci de Filateria, et extimaverunt concorditer inter eos coram dictam curiam sicut circumcinta est murata cum turri, et cum istis domibus positis intra dictam curiam, scilicet domum canabe, caminatam sequentem cum duabus cameris, demum continue et aliam domum sequentem illi vero dormire solebant familiam cum porticis positis ante se. Item domos duas contiguas simul que sunt posite intra domum stabule et ianuam orti, cum parte curie pro rata pertinenti dictis domibus, habendo introitum et exitum per ostium magnum dicte curie, pro extima centum // quinque librarum alfonsinorum, exceptuata dumtaxat caminatam illam et cameram simul contiguas, que olim fuerunt Guillelmi de Çori quondam, que domus et camera sunt Frederice, uxoris notarii Guantini de Alexandria, ut dicitur. Item extimarunt totam illam terram ortaticam contiguam dicte curie, quam dictus Franciscus de Filateria tenebat et laboravat pro orto, ad libras tres dicte monete, sub condepcione quod quando dictus Eximinus voluerit laudare partem curie sibi pertinentem liceat sibi pertinentem liceat sibi claudere ab angulo domus notarii Guantini de Alexandria. Que domus est positam intra domum stabuli et domum predictam ubi familiam marchionum et vicarii suorum domini consueverant, recta linea usque ad quendam arborem figus que est iusta ianuam dicte curie et penes murum dicte curie. Et in eo casu teneantur ab arbore supradicto ficus supradicto infrascripte fieri ianuam convenientem per quam alii habitantes seu habitaturi<sup>c</sup> ius in reliquis domibus dicto Eximino non consignatis possit egradi et ingradi ad dictas domos non consignatas dicto Eximino et per eadem ianuam possit<sup>d</sup> dictus Eximinus ad alias duas domos ei consignatas positasque inter

domum stabuli et ianuam ortui habere introitus et exitus libere et sine contrarietate cuiusque. Et similiter idem Eximinus possit per ianuam dicti ortus ingredi et egradi ad partem ortui sibi consignatam, ut supra, dum tamen dictus Eximinus teneatur et sit abstrictus solvere medietatem omnium expensarum in construendo, et fieri faciendo ianuam quem fieri debet iuxta arborem dicti ficus super expressate. Item similiter acesserunt ad vineam que olim fuit dicti Francisci, positam in districtu dicte ville de Banguos, et extimarunt dictam vineam cum domo supra se posita ad centum libras dicte monete, sane intellecto quod tine que sunt in dicta vinea non intelligantur in dicta extimacione. Item duo pecia terrarum factivarum, positarum in districtu dicte ville, in loco dicto Pala de Puço, olim dicti Francisci, pro extima duarum librarum. Item omnes et singulas terras rectivas et factivas quas dictus Franciscus pro suis propriis tenebat et possidebat in districtu ville de Cucha, in loco dicto Fuste Albo et Alba Livia, cum eorum iuribus et pertinentiis pro extima octo librarum. Item acesserunt similiter ad villam de Orsi et sibi extimaruerunt conçiam olim dicti Francisci, positam in dicta villa, cum omnibus suis iuribus et introitibus ad libras triginta dicte monete. Item sibi extimaruerunt unum tedargium in quo calificare faciunt aquam et murtam pro dicta conçia ad quadraginta solidos dicte monete. Et dictis possessionibus extimatis, ut superius dictum est, et dicti camerarius et maior panis simul cum dicto Arçocho Pischella tradiderunt et assignarunt predicto Eximino presenti et dictas possessiones pro dictis extimis recipienti et acceptanti predictas possessiones cum omnibus suis iuribus, rationibus, proprietatibus et pertinentiis universiis ad dictas possessiones et quamlibet ipsarum expectantibus et pertinentibus quoquomodo. Et nichilominus dictum Eximinum introduxerunt in possessionem corporalem predictae curie, ortus, vinee, terrarum, conçie, tradendo sibi claves dicte curie, conçie et ponendo sibi in manibus de terra ortus, vinee et supradictarum terrarum, reservatis semper iuribus quorumcumque habencium ius aliquid in possessionibus supradictis ipsarum aliqua, ita quod huiusmodi extimacio sive possessionis tradicio terre non preiudicet nec preiudicare debeant alicui habenti ius aliquod in dictis possessionibus. Et taliter prefati camerarius, maior panis et Arçochus Pischella requisiverunt me Alexium notarium de predictis dicto Eximino fieri publicum instrumentum, actum in villa de Banguos, in curia olim dicti

Francisci, presentis discretis viris notario Agustino de Nula, maiore panis dicte curatorie, Iuncta de Cherqui, camerario, et Arçocho Pischella, dicte ville de Banguos, testibus ad hoc vocatis et rogatis. (SN) Ego Alexius de Çori quondam Iohannis de Filiteria, regia auctoritate notarius hiis omnibus interfui et eam rogatus scribere scripsi et publicavi, dignemur dictam assignacionem prout continetur superius laudare et eciam approbare. Nos vero, dicta supplicacione admissa, volentes dictum Eximinum propter servicia per ipsum dicius nobis impensa in partibus Sardinie prosequi graciose, cum presenti carta nostra dictam assignacionem et tradicionem ei factam de dictis possessionibus laudamus, approbamus, // ratificamus et eciam confirmamus, salvo iure nostro et sine iuris preiudicio alicui. Mandantes gubernatori nostro vel eius vices gerenti, vicariis, camerlenguis et aliis officialibus nostris quod predictas laudacionem, approbacionem, et confirmacionem, prout superius continetur, firmas habeant et observent et non contraveniant nec aliquem contravenire permitant aliqua racione. In cuius rei testimonium presentem inde fieri iussimus, nostro sigillo pendenti munitam. Datum Perpiniani, idus octobris, anno Domini M CCC XL quinto. Hugo, cancellarius.

Bartholomeus de Podio, ex petitione provisa in consilio.

<sup>a</sup> così nel testo <sup>b</sup> segue, depennato, in soprallinea aliis <sup>c</sup> habitantes seu habitaturi così nel testo per habentes seu habituri <sup>d</sup> così nel testo per possint

#### 412

**1345, novembre 17, Perpignano**

*Il re Pietro IV conferma il trasferimento a Pere Ortís de Rufés di quanto precedentemente concesso al maestro razionale Bernat Dezcoll, ovvero alcune terre e beni mobili situati nella baronia «que olim fuit nobilis Iohannis quondam marchionis de Malespina» confiscati ai ribelli Francesco di Filattiera, Luys Corda, Giovanni Palas, Folco Mancone e Gomita Marras (cfr. doc. 388), a saldo di un debito della curia regia di 5.000 soldi.*

Citato in A. BOSCOLO, *Bernardo Dez Coll*, p. 33.

## 413

**1345, novembre 30, Girona**

*Il re Pietro IV assegna a Berenguer Prunera, di Sassari, i prata del castello di Osilo, «ratione pasture».*

Copia di registro [R], ACA, *Cancilleria*, Reg. 1014, f. 60v, 2°.

## 414

**1345, dicembre 11, Girona**

*Il re Pietro IV scrive agli arrendadors e amministratori dei redditi del regno di Sardegna di aver ricevuto informazione da Pietro Brandini, cittadino di Sassari, un tempo camerlengo della baronia che fu dei Malaspina, che lo stesso aveva acquisito alla suddetta camerlengia alcuni beni immobili confiscati a Francesco di Filattiera, Luys Corda e altri, i quali beni erano stati concessi al subthesaurarius Bernat Dezcoll e successivamente a Pere Ortís de Rufés che li aveva comprati dal suddetto Dezcoll; i quali beni, prima della suddetta concessione, erano stati venduti da Pietro Brandini per il prezzo di 138 lire, 11 soldi, 3 denari. Il sovrano ordina perciò che tali somme vengano assegnate a Pere Ortís de Rufés.*

Copia di registro [R], ACA, *Cancilleria*, Reg. 1014, ff. 73, 3°-73v.

## 415

**1346, gennaio 20, Barcellona**

*Il re Pietro IV scrive al governatore, al vicario della baronia che fu dei Malaspina e agli amministratori dei redditi del regno di Sardegna, informandoli della conferma della cessione a Pere Ortís de Rufés da parte di Bernat Dezcoll (cfr. doc. 412) dei beni confiscati a Francesco di Filattiera, Luys Corda, Giovanni Palas, Folco Mancone e Gomita Marras.*

Copia di registro [R], ACA, *Cancilleria*, Reg. 1014, f. 73v, 2°.

## 416

**1346, febbraio 3, Barcellona**

*Il re Pietro IV assegna per sette anni a Perpinyà de Puig l'ufficio della castalderia della curatoria del castello di Osilo, «quod mostasaffaria vulgariter nuncupatur», dietro versamento di un censo annuo di un fiorino d'oro.*

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 1014, f. 75, 2°.

## 417

**1346, febbraio 6, Barcellona**

*Il re Pietro IV assegna a Narcís Torroja la scribania della vicaria delle terre che furono del marchese Malaspina, revocando la concessione della stessa carica fatta dal governatore Guillem de Cervelló a Ponç de Loreda il 16 novembre 1343 (cfr. doc. 372).*

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 1014, ff. 80, 3°-81.

## 418

**1346, febbraio 6, Barcellona**

*Il re Pietro IV informa il governatore della nomina di Narcís Torroja di cui sopra (doc. 417).*

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 1014, f. 81, 2°.

## 419

**1346, febbraio 9, Barcellona**

*Il re Pietro IV assegna a Ferrer de Menorca dei territori in permuta di quelli, situati nelle terre dei Malaspina, avuti in concessione dall'infante Alfonso con carta datata 29 giugno 1325 (cfr. doc. 138), dei quali non era mai entrato in possesso.*

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 1014, ff. 76v, 2°-78.

## 420

**1346, febbraio 9, Barcellona**

*Il re Pietro IV informa il governatore Guillem de Cervelló dell'assegnazione a Ferrer de Menorca di cui al doc. 419.*

Copia di registro [R], ACA, *Cancilleria*, Reg. 1014, f. 78, 2°.

## 421

**1346, febbraio 12, Barcellona**

*Il re Pietro IV assegna a Pere Ortís de Rufés i beni precedentemente concessi in enfiteusi, per 500 soldi annui, a Percivalle Castagna (cittadino di Sassari originario di Bonifacio), ovvero due vigne, una di Socari Pinna di Florinas, l'altra del magister Bosovekesu di Cargeghe, nonché il salto di Padru de Piscopu e Torricla (un tempo di Barisone Vachis, armentariu di Usini), appartenente al villaggio di Usini, con tutte le terre unite all'armentaria del detto villaggio (cfr. docc. 390-391, 397).*

Copia di registro [R], ACA, *Cancilleria*, Reg. 1014, ff. 94v-95v.

«Nos Petrus et cetera. Considerantes nos nuper dato vobis intelligi quod Pacival Castanyn, oriundus de Boniffacio insule Corsice, nunc autem civis Sasseris insule Sardinie, ab aliquo citra tempore tractaverat aliqua negocia nostre corone regie fructuosa, videlicet quod castra et fortalicia ville de Alguerio et universe terre et bona seu pars ipsorum que nobiles barones de Auria habent et possident in insula Sardinie, per viam avinencie inter partes, vendicionis aut permutacionis ad nostrum dominium et posse cum eorum redditibus et iuribus pervenirent, quia credebamus, procurante dicto Pacival, predicta ad effectum perdati, dedisse eidem in remuneracionem laborum et dampnorum, quos ex causa premissa sustinuisse dicebatur in emphiteosim saltum vocatum de Patru de Piscopu et de Turrigla, positum infra terminos ville Usuni, que est de baronia que olim fuit nobilium marchionum de Malespina, que ex aliquibus iustis causis est nostre curie devoluta, necnon omnes terras que sunt unite et coniuncte armentarie dicte ville, dum tamen sint infra terminos ville ipsius, que saltum et terras, ut asseritur, Bariconus Vachis, olim armentarius dicte ville, ex suo officio possidebat. Considerantes eciam ex causis pre-

dictis dedisse in emphiteosim et concessisse eidem Pacival duas vineas sitas infra baroniam predictam, quarum altera fuit Socarii Pinna de // Fiolans et altera magistri Bosoqueste de Cargegi, que vinee ad dictos marchiones empcionis seu confiscacionis titulo pervenerunt, sub certo censu, retencionibus et condicionibus in carta dicte donacionis appositis et latius expressatis. Nunc autem animadvertentes quod dictus Pacival, ex quo donacionem a nobis obtinuit supradictam, non curavit predicta quorum occasione eidem donacionem predictam, ut premititur, feceramus provide-re ad effectum. Eapropter, revocata donacione et concessione predicta ac penitus annullata, ad servicia per vos Petrus Orticii de Ruffis, de domo nostra, nostrum intuitum dirigentes, necminus ad supplicationem quorundam domesticorum nostrorum gratis et spontanea voluntate, cum presenti carta nostra perpetuo valitura, damus et concedimus vobis dicto Petro et vestris et quibus velitis perpetuo in emphiteosim dictum saltum de Patru de Piscopatu et omnes terras predictas, quo, ut prefertur, unite et coniuncte sunt armentarie ville predicte, dum tamen sint infra terminos ville ipsius. Damus eciam et concedimus vobis et vestris et quibus velitis ipso in emphiteosim predictas duas vineas.».

## 422

**1346, febbraio 12, Barcellona**

*Il re Pietro IV informa il governatore Guillem de Cervelló ed il vicario della baronia che fu dei Malaspina dell'assegnazione a Pere Ortís de Rufès di cui al doc. 421.*

Copia di registro [R], ACA, *Cancillería*, Reg. 1014, f. 95v, 2°.

## 423

**1346, aprile 5, Valencia**

*Il re Pietro IV scrive al governatore Guillem de Cervelló, riferendo delle proteste del vescovo di Ploaghe, il quale reclamava la restituzione di «aliquas possessiones, terras, saltus et nemora necnon curiam di Figulinas» che il marchese Giovanni Malaspina aveva occupato tempo addietro e che successivamente erano pervenute al camerlengo della baronia di Osilo.*

Copia di registro [R], ACA, *Cancillería*, Reg. 1015, f. 120.



## 424

**1346, aprile 13, Valencia**

*Il re Pietro IV scrive al governatore Guillem de Cervelló, riferendo delle proteste dell'abate di Paulis, il quale reclamava la restituzione di «diversos saltus et nemora» che il marchese Giovanni Malaspina aveva occupato tempo addietro e che, morto il marchese, erano pervenute alla curia regia, nonché la restituzione di «aliquos servos, tam masculos quam feminas» catturati dallo stesso marchese «qui morantur in locis predictae baronie».*

Copia di registro [R], ACA, *Cancellaria*, Reg. 1015, f. 126.

## 425

**1346, maggio 30, Valencia**

*Il re Pietro IV concede per cinque anni al «domesticus noster» Pietro Brandini, abitante di Sassari, la rendita di 1.000 soldi annui «super saltibus sive terris» siti «in termino ville de Sasselo, ville de Utula, ville de Seliquennos, ville dela Cala, ville de Ionca et ville de [...]urtue», nella curatoria di Montes; oppure «in termino ville de Ursegi, ville de Bedes et ville de Cargegua», nella curatoria di Figulinas; oppure «in termino ville de Curtayne et ville de Usane et ville de Tuxi», nella curatoria di Coros, «scilicet in una ex dictis curatoriiis», a discrezione del governatore, con la facoltà per Pietro Brandini di «colere, laborare et seminare et in ipsis omne ademprium pascendi et adequandi animalia et aliud ius habere et etiam vendere sive locare cuiuscumque volueritis quoquidem saltus sive terras».*

Copia di registro [R], ACA, *Cancellaria*, Reg. 1015, ff. 153-153v.

## 426

**1346, luglio 10, Poblet**

*Il re Pietro IV concede a Bernardus de Rippiano, abitante di Sassari, l'«officium maiorie» del villaggio di Ploaghe (Poagre), situato nelle terre che furono dei Malaspina, «ita quod vos sitis maioralis dicte ville et officium ipsius maiorie teneatis, regatis et exerceatis legaliter atque bene ius et iusticiam submissis dicto officio, tribuendo et iura nostri fideliter observando et alia faciendo et exer-*

cendo que ad dictum expectant officium et per alios maiores qui fuerunt pro tempore fieri consueverunt».

Copia di registro [R], ACA, *Cancellaria*, Reg. 1015, f. 170.

## 427

## 1346, luglio 15

*Il nunzio e collettore pontificio in Sardegna Ramon de Gosenchis riceve una lettera dal vicario della baronia (che fu) del marchese Malaspina per la quale paga 8 soldi: «Item die XV dicti mensis simili modo obtinui quandam aliam litteram a domino vicario seu administratore baronie marquisii Malespine pro qua solvi sol. octo.».*

P. SELLA, *Rationes decimarum*, n. 2.593.

## 428

## 1346, settembre 12, Lleida

*Il re Pietro IV scrive al governatore del regno di Sardegna, riferendo delle proteste delle monache del monastero di Ognissanti di Pisa, le quali reclamavano la restituzione di «quedam predia et terras» situati nelle terre che furono del marchese Malaspina e pertinenti a certe chiese dipendenti dall'ospedale di S. Leonardo (Bosove, presso Sassari), «predia et terras» che il fu marchese aveva indebitamente occupato e che successivamente erano stati acquisiti dalla curia regia.*

Copia di registro [R], ACA, *Cancellaria*, Reg. 1015, f. 190.

## 429

## 1346, settembre 20, Lleida

*Il re Pietro IV scrive al governatore Guillem de Cervelló, riferendo della richiesta di Mariana, moglie del giurisperito Ramon de Sancto Martino, erede del fu Pere Grimalt, della restituzione del saltu un tempo di Mariano e Corrado Espisso, situato nella baronia che fu dei Malaspina, ed assegnato allo stesso Pere Grimalt.*

Copia di registro [R], ACA, *Cancellaria*, Reg. 1015, f. 192v, 1°.

## 430

1346, novembre 29, Lleida

*Il re Pietro IV scrive al governatore Guillem de Cervelló, al quale ordina che venga consentito al giurisperito cagliaritano Bernat Dara, procuratore di Narcís Torroja, di prendere possesso dell'ufficio della scribania della vicaria delle terre che furono dei Malaspina.*

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 1015, ff. 207v-208.

## 431

&lt;1346&gt;

*Trattative tra i Doria (i fratelli Brancaleone e Matteo) e il re d'Aragona. Tra le altre cose, da parte regia si propone l'acquisto della quota che i detti Doria avevano a Castelgenovese, Anglona e Ardara (castello e villaggio) con una somma da trarre dai redditi dei villaggi delle curatorias di Coros e Figulinas. Se però il re d'Aragona avesse restituito ai Malaspina le due curatorias, in tal caso sarebbe stato tenuto a riconsegnare Castelgenovese, Anglona e Ardara ai Doria, o a dar loro 25.000 lire di alfonsini, salva la possibilità per i detti Doria di scegliere se recuperare i detti territori o prendere le 25.000 lire. Inoltre, se il re avesse fatto donazione di mulini o di altri beni situati nelle suddette curatorias di Coros e Figulinas, avrebbe dovuto annullare tali donazioni.*

Copia semplice [C], ACA, *Cancelleria*, *Papeles por incorporar*, caja 22, reg. 480, ff. 26-26v.

Rispetto alla datazione cfr. A. CASTELLACCIO, *Doria ed Aragona: lettura e interpretazione di un'istruttoria giudiziaria (anno 1346)*, in *La Corona d'Aragona in Italia (secc. XIII-XVIII)*. Atti del XIV Congresso di Storia della Corona d'Aragona. Sassari-Alghero 19-24 maggio 1990, I-V, Sassari-Cagliari 1993-1997, vol. II, tomo I, Sassari 1995, pp. 141-215.

## 432

&lt;1343 - 1346&gt;

*Accordi per una lega tra Federico e Azzone Malaspina, da una parte, e alcuni Doria (Cassano, Brancaleone, Fabiano, Damiano, Galeotto, Manfredi, Murruele, Giovanni e Vallarano), dall'altra. Se qual-*

*cuno dei legati avesse voluto costruire castelli o fortalizi avrebbe potuto farlo, e tutti sarebbero stati tenuti a collaborare, purché tali castelli e fortalizi non venissero costruiti nel territorio di Alghero.*

Copia semplice [C], ACA, *Cancelleria, Papeles por incorporar, caja 22, n. 480, ff. 18-19.*

Rispetto alla datazione, si consideri che non compare nel documento Giovanni Malaspina, morto entro il febbraio del 1343, mentre vi è citato Galeotto Doria, morto nel 1346 (cfr. *Genealogie medioevali di Sardegna*, XXI.5); cfr. anche A. CASTELLACCIO, *Doria ed Aragona*.

In liga que tractatur fieri inter magnificos et potentes viros dominos Fredericum marchionem Malespine, suo proprio nomine et nomine et vice domini Açonis fratris sui, Cassanum de Auria, militem, Branchaleonem de Auria, Fabianum, Damianum, Galeotum, Mamfredum, Murruelem, Iohannem et Vallaranum de Auria, tractantur apponi debere infrascripta pacta.

Proximo namque concorditer tractaverunt, convenerunt et firma-verunt ac legem subscriptis imposuerunt quod de cetero et perpetuo sit et esse debeat firma liga, societas, unio et iura inter eos, tali modo quod una pars debeat et teneat alteras partes et altere partis alteram adinvicem, manutenere, invadere, deffendere toto eorum iusto posse contra quascumque personas vel personam, dominos seu dominum, collegium quodlibet et universitatem quamlibet cuiuscumque civitatis, vel loci, in omnibus et singulis castris, villis, iuribus et iurisdictionibus quibuscumque, in quavis prout loco et iurisdictione totius insule Sardinie pro quacumque preterita vel futura discordia, scisma seu guerra quacumque ratione vel tam emergenti et generaliter proni et in omni iniuria reali vel personali illata eis, vel alicui eorum, per aliquem, seu aliquos qui non sint de presenti liga, seu iura et pro predictis, seu occasione predictorum quotiescumque fuerit opportunum et conditiones et casus occurrerint teneatur quilibet pars facere exercitum et cavalcatam in omni favore, auxilio et succorsu cuiuslibet dictarum partium, et similiter facere teneatur quilibet ex nominatis, in dicta liga pro quolibet ex dictis nominatis, contra quamlibet personam, comunitatem seu universitatem que contigerit iniurari aliquam ipsarum partium, vel ipsam partem ledere indebite, vel iniuste, ad succorsum et valimentum partis iniuriam posse. Sane

intellecto quod presens capitulum non intelligatur contra dominum iudicem Arboree vel fratres suos pro aliquibus illatis tempore preterito.

Item quod dominus Branchaleo possit et debeat tenere castrum Montisleonis usque ad annum unum proximum venturum. Et si infra dictum annum potuerint de ipso castro et iurisdictione eiusdem dicti domini adinvicem concordari, rata remaneant et sint omnia et singula predicta // et infrascripta. Si vero infra dictum tempus unius anni de ipso castro et eius iurisdictione esse non potuerint, concordantes, predicti domini omnes colligati remaneant in suo gradu in quo erant [a]nte presentem ligam et quod ipsa presens liga nullius iuris sortiatur effectum, liga priori in sua firmitate existente, videlicet iura et liga suprascripta manu Francisci de Lande notarii michi et cetera, qua inter omnes dictos contrahentes actum extitit et conventum, salvo semper seniorum consilio.

Item, quod dictus dominus Branchaleo teneatur et debeat statim restituere et restitui facere expulsis Montisleonis omnia eorum mobilia que potuerunt inveniri et omnia immobilia que possidebant tempore expulsionis in castro Montisleonis et alibi ita quod ipsa bona gaudere et usufructuare valeant, non intrando toto tempore dicti anni in dictum castrum Montisleonis.

Item, quod aliquis ex dominis Algerii predictis non possit nec debeat deuctum seu prohibitionem facere vel ordinare, quod victualia et mercantie quecumque non defferantur de eorum terris Algerii, sed teneantur et debeant omnes ipsi domini de Algerio victualia omnia aportari facere Algerio, salvo victualia Cocine et suarum partium que non teneantur ad predicta.

Item, quod dictus dominus Branchaleo in aliquibus locis suis maritimis de mercantiis aliquibus quocumque nomine censeantur portum facere vel ordinare seu percipere non possit alibi quam in aliquo, et illud idem intelligatur et observari debeat per alios dominos qui iurisdictionem et dominium habent in Algerio, videlicet a pennis Sancti Herasmi usque Marrargium termen.

Item, quod si forte pro tempore contigeret questionem, litem, vel discordiam aliquam oriri, quod absit inter predictos, vel aliquem

ex ipsis, quacumque ratione, vel tam preterita vel futura, teneantur omnes et singuli supradicti illi ex dictis partibus, inter quos talis questio vel discordia orta esset, se compromittere in alios omnes et singulos dicte lige vel saltem // maiorem partem ipsorum et coram eis sua proponere iura et reddere rationes et facere debeant et teneantur omni sententie seu dicto vel arbitrationi quam predicti [de] dicta liga seu maior pars ipsorum dicerent componerent aut sententiarent vel declararent, omni cessante exceptione, et ita quod talis sententia seu declaratio non posset peti per aliquem ex predictis inter quos discordia verteretur quod reduceretur ad arbitrium boni viri. Et si aliquis ex habentibus discordiam recusaret se velle compromittere ut supra, aut nollet observare sententiam que inter ipsos promulgata esset per predictos dicte lige vel maiorem partem ipsorum, dummodo altera pars predicta omnia faceret et observaret, teneantur alii predicti de predicta liga esse cum toto iusto posse et exfortio cum parte observante contra partem non observantem, salvo semper seniorum consilio.

Item, quod dicti domini Fredericus, Casanus, Fabianus, Damianus, Galeatius, Manfredus, Murruel, Iohannes et Vallaranus teneantur et debeant facere, curare omni eorum iusto posse quod domini Galeotus et Marianus de Auria dictam ligam et iura omnia et singula in hoc instrumento contenta laudabunt, ratificabunt confirmabunt et approbabunt infra octo menses proximum venturos et ante, si ante fuerint in insula Sardinie, cum carta publica sub penali obligatione bonorum iuramento corporali et aliis sollempnitatibus opportunis.

Item, quod liga et iura aliter facta, et de qua est instrumentum publicum manu Francisci de Lande notarii, sit cassa et irrita et nullius valoris et quod ad annullationem dicte ligue fiant omnes et singule sollempnitates, promissiones et cautele opportune.

Item, quod si aliqua, seu alique, ex dictis partibus facere vellent aliqua fortalitia seu castra infra confines suos, quod hoc eis liceat, et teneantur omnes et debeant omnes et singuli dicte ligue, si aliqui alii qui non essent de presenti liga se opponerent eos talia fortalitia seu castra facientes et facere volentes cum toto eorum exfortio, iuvare, manutenere, deffendere ad dicta fortalitia seu

castra facienda, dum tam ipsa fortalitia non fiant in partibus Alguerii, salvo semper seniorum consilio.

## 433

<1343 - 1346>

*Tregua di due anni trattata fra i signori di Alghero (Doria), da una parte, e Brancaleone Doria, dall'altra, con il patto che ognuno conservasse i propri possedimenti e si impegnasse, sotto la signoria del doge di Genova, a non offendere l'altra parte, osservando la tregua. Il suddetto doge avrebbe dovuto inviare suoi ufficiali in Sardegna affinché governassero le terre dei detti signori per i due anni stabiliti. Fatta e stabilita la tregua, i signori di Alghero, Brancaleone Doria e Federico Malaspina avrebbero dovuto fare una lega della durata di due anni, aiutandosi reciprocamente.*

Copia semplice [C], ACA, *Cancelleria, Papeles por incorporar*, caja 22, n. 480, f. 20.

Rispetto alla datazione, cfr. un documento del 1341 sulla volontà da parte dei Doria di inviare a Genova Nicolò e Galeotto col proposito di consegnare al doge la giurisdizione su Alghero e su tutti i possedimenti di Brancaleone: cfr. A. CASTELLACCIO, *Doria ed Aragona*, p. 147. Anteriormente al 1347 i Doria accolsero il vicario del Comune di Genova prestandogli obbedienza: cfr. L. D'ARIENZO, *Carte*, n. 279, p. 136. Cfr. anche doc. 432.

Alia treuga que fieri tractabatur.

Fiat una treuga inter istos dominos de Algerio ex una parte, et dominum Branchaleonem ex altera, duratura usque ad duos annos proximum sequentes, cum istis pactis, videlicet quod interrim quilibet teneat et possideat que nunc tenet et possidet, et quod quelibet dictarum partium se obliget, sub dominio duce Ianue de non offendendo realiter vel personaliter alteram partem, nec altera alteram, et de observando efficaciter dictam treugam, usque ad dictum tempus duorum annorum. Et quod dominus dux mittere debeat suos officiales ad terras de Sardinia omnium istorum predictorum dominorum, qui ipsas terras teneant et gubernent et qui conservent quamlibet ipsarum partium in suo gradu et duret eorum officium totum tempus dictorum duorum

annorum et non ultra. Qua treuga sit finita et facta, isti domini de Algerio et Branchaleo et dominus Fredericus, marchio Malespine, debent facere ligam, iuram et societatem inter eos duraturam per totum dictum tempus duorum annorum adiuvandum, deffendendum et manutenendum se adinvicem et eorum iura in insula Sardinie contra quamlibet personam, dominium, collegium et universitatem.

## 434

1347, gennaio 9, Sassari

*Sentenza emanata contro i Doria dal governatore Guillem de Cervelló. Tra i testimoni figura anche il camerlengo della baronia di Osilo Bernat de Torres.*

A. CASTELLACCIO, *Doria ed Aragona*, p. 215, App. 2, f. 27v.

## 435

<1347, gennaio 20, Sassari>

*Capitoli del governatore del regno di Sardegna spediti al re Pietro IV. Tra le altre cose, si afferma che gli abitanti della baronia di Osilo sono ben trattati dagli Aragonesi e non privati dei loro beni, come sarebbe successo invece al tempo dei Malaspina.*

L. D'ARIENZO, *Carte*, n. 279.

## 436

1347, febbraio 25, Morvedre

*Il re Pietro IV scrive al luogotenente del governatore per assumere informazioni circa il processo al quale è sottoposto il castellano di Osilo Berenguer de Cruïlles, accusato di aver stipulato certi patti (con i ribelli Doria e Malaspina, presumibilmente), quando abbandonò il suddetto castello.*

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 1017, f. 34.



## 437

**1347, marzo 26, Valencia**

*Il re Pietro IV assegna in enfiteusi a Berenguer Salvador uno tra i beni fondiari che avrebbe dovuto stimare il governatore, ovvero il villaggio di Usini, oppure la curia di Figulinas («cum saltibus terre eiusdem et circumcirca eam consistentibus») oppure il saltu appartenuto a Corrado Espiço e poi pervenuto a Pere Grimalt, tutti situati nella baronia che fu dei Malaspina. In caso gli fosse stato concesso il villaggio di Usini, Berenguer Salvador avrebbe dovuto corrispondere un censo annuo di 2 fiorini d'oro di Firenze; se invece si fosse trattato della curia di Figulinas, avrebbe dovuto pagare mezzo fiorino.*

Copia di registro [R], ACA, *Cancilleria*, Reg. 1016, ff. 8v-10v.

## 438

**1347, marzo 26, Valencia**

*Il re Pietro IV scrive al governatore Guillem de Cervelló della concessione in enfiteusi a Berenguer Salvador di beni situati nella baronia che fu dei Malaspina (cfr. doc. 437), disponendo la stima dei beni suddetti e l'assegnazione degli stessi.*

Copia di registro [R], ACA, *Cancilleria*, Reg. 1016, ff. 10v-11.

Citato in F.C. CASULA, L. D'ARIENZO, *Studi di Paleografia e Diplomatica*, Padova 1974, p.178.

## 439

**1347, marzo 29, Valencia**

*Il re Pietro IV scrive al governatore, riferendo delle lamentele di Berenguer de Cruilles (figlio del fu Berenguer de Cruilles), castellano di Osilo, riguardo al fatto che gli uomini della baronia che fu dei Malaspina nell'anno passato, ancora vivente il vicario March d'Avinjó, avevano promesso di pagare 500 lire per la riparazione del detto castello, somma solo parzialmente acquisita dagli arrendadors e amministratori senza che venisse tuttavia utilizzata per le suddette riparazioni, mettendo così in pericolo la sicurezza del castello di Osilo.*

Copia di registro [R], ACA, *Cancilleria*, Reg. 1016, ff. 5v-6.

## 440

**1347, luglio 7, Barcellona**

*Il re Pietro IV scrive al vicario della baronia che fu dei Malaspina, ordinando che venissero rispettati i privilegi di Osilo, in seguito alle proteste dei probi homines e della universitas di Osilo per il fatto che gli arrendatores regi «cominarunt ac etiam de facto attemperarunt infringere (...) privilegia, libertates et capitula per dictum marchionem [Giovanni Malaspina] et eius predecessores eis indulta seu indultas, que inconcusse fuerunt eis inviolabiliter hactenus observata». Il re temeva che l'abrogazione dei detti capitula potesse portare all'abbandono del luogo da parte degli abitanti: «quibusquidem privilegiis, capitulis et libertatibus abrogatis dictos homines oportebit deserere ipsum locum».*

Copia di registro [R], ACA, Cancilleria, Reg. 1016, f. 26v, 1°.

## 441

**1347, luglio 10**

*Relazione di Berenguer de Raiadell, incaricato dal governatore del regno di Sardegna di concordare una strategia politico-militare con il giudice di Arborea. Tra le altre cose, si apprende che «miser Thomas de Malespina» era capità di un esercito composto «de D a M balisters e II mill empavesats, e de cent a CCCC a cavall», che a bordo di 20-25 galee avrebbero dovuto dirigersi da Genova verso la Corsica e la Sardegna.*

F. LODDO CANEPA, *Alcuni nuovi documenti del secolo XIV sulla Sardegna aragonese*, in "Atti del VI Congresso Internazionale di Studi Sardi", I, Cagliari 1962, pp. 258-292, doc. I.

## 442

**1347, agosto 28, Saragozza**

*Il re Pietro IV scrive al governatore Guillem de Cervelló, riferendo delle proteste di Benedetto, abate del monastero vallombrosano di S. Michele di Plaiano, situato nel distretto di Sassari, il quale Benedetto chiedeva la restituzione di «quosdam saltus, terras et possessiones» del detto monastero situate nella baronia che fu dei Malaspina, che il marchese aveva tempo addietro indebitamente occupato e che*

*erano poi pervenute alla curia regia. Probabilmente si trattava di beni situati nella curatoria di Figulinas (cfr. doc. 499).*

Copia di registro [R], ACA, *Cancilleria*, Reg. 1016, f. 53v.

#### 443

**1347, agosto 29, Saragozza**

*Il re Pietro IV scrive al governatore del regno di Sardegna, ordinando che venisse fatta giustizia rispetto alle istanze di Nicola d'Olives, fratello del fu Guantino d'Olives abitante di Salvennor, e di Bertrando Solina, nipote dello stesso Guantino, eredi di quest'ultimo. Nicola d'Olives e Bertrando Solina asserivano che i Malaspina avevano in passato costretto il detto Guantino a fare loro donazione di tutti i beni, dietro compenso di 100 lire di alfonsini minuti «de quibus posterum condere testamentum», a condizione che Guantino non donasse i detti beni a nessun altro. Tuttavia, dopo la divisione del patrimonio dei Malaspina e la morte del marchese Giovanni, titolare dei beni sardi, Guantino d'Olives aveva nominato Nicola e Bertrando suoi eredi universali. Tali beni erano poi pervenuti alla curia regia aragonese, e ne veniva chiesta pertanto la restituzione.*

Copia di registro [R], ACA, *Cancilleria*, Reg. 1016, ff. 53-53v.

#### 444

**<1346 - 1347>**

*Ricostruzione della caduta del giudicato di Cagliari e delle vicende attraverso le quali Pisani, Genovesi, Donoratico della Gherardesca, Doria e Malaspina erano venuti in possesso di territori in Sardegna. Le due figlie illegittime del giudice di Torres erano andate sposate rispettivamente ad un Doria e ad un Malaspina, i quali avevano così ereditato vasti possedimenti nel nord dell'Isola.*

Copia semplice [C], ACA, *Cancilleria*, *Papeles por incorporar*, caja 22, n. 480, f. 25.

Rispetto alla datazione, cfr. un documento del 1347 che riferisce come il Comune di Pisa non avesse mai prestato giuramento di fedeltà per il feudo che possedeva in Sardegna, così come i conti di Donoratico

(cfr. L. D'ARIENZO, *Carte*, n. 279, p. 140). Cfr. anche A. CASTELLACCIO, *Doria ed Aragona*.

Edizione: A. CASTELLACCIO, *I regni giudicali: nuove testimonianze attraverso una fonte catalano-aragonese*, in "Medioevo. Saggi e Rassegne", 20 (1995), pp. 365-388, Appendice documentaria, doc. n. 1.

Qualiter Pisani et Ianuenses ac marchiones indebite possident terram, quam in regno Sardinie tenent.

Nam in principio inde Pisani iudicatum de Callari acquisierunt, marchionem Chianni, qui dictum iudicatum debite possidebat, subito et proditorie, in civitate Sancte Gilie invaserunt, qui exiens ad preliandum cum eis debellatus fuit in campo et personaliter captus. Et postquam eidem Pisani, ex apposito dicte civitatis, caput amputari fecerunt indebite, de dicto iudicatu, meliorem partem pro se retinentes, aliquam partem, comiti Gerardo de Donoratico et comiti Vegolino, qui in prefata acquisitione cum posse eorum erant, dederunt. Modo vero, in generali acquisitione quam dominus rex Alfonsus dum esset comes Urgelli feliciter fecit, Pisani pro Comuni et dominus Barnabo de Auria pro dictis comitibus, sive pro eorum heredibus, falsa proponentes, tacita veritate et expressa falsitate, confirmationis privilegium a bona memoria predicti regis impetraverunt, verum quod in prefato privilegio sive prefatis privilegiis infrascripta verba continentur, videlicet salvo nostro et cuiuscumque alterius iure, ut credo iuste posunt privari.

Ianuenses etiam et marchiones Malespine minime intraverunt per hostium. Nam iudex de Luogodoro qui tunc erat duas habuit filias naturales, quarum unam habuit in uxorem quidam ianuensis de Auria, aliam vero quidam de marchionibus Malespine. Et, ipso iudice mortuo, predicti, non iusto iuris ordine sed indebite, terram sive partem terre occupaverunt. Et, in fundamento non vero hedificantes, privilegium confirmationis impetraverunt, fallaciis et mendaciis mediantibus, ubi etiam continetur quod dictum est supra, videlicet salvo nostro et cuiuscumque alterius iure.

Marchio Chiannes, de quo dictum est superius, ratione uxoris, que vocabatur domina Benedicta et fuit filia legitima callaretani, iudicatum tenebat et possidebat.

## 445

**1349, aprile 28, Valencia**

*Il re Pietro IV concede in feudo al còrso Godixello dela Oliva, abitante di Sassari, i villaggi di Mavar e Save, situati nella curatoria di Coros, dietro prestazione di un cavallo alforrat per quattro mesi all'anno, come premio per la fedeltà dimostrata nella guerra contro i Doria.*

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 1018, f. 7v-8v.  
Citato in M.G. MELONI, *Presenza corsa a Sassari a metà del 1300*, in "Medioevo. Saggi e Rassegne", 13 (1988), pp. 9-33, p. 16.

## 446

**1349, maggio 1, Valencia**

*Il re Pietro IV dona a vita al còrso Giovanni Morasco, abitante di Sassari, il villaggio di Erisa (Heressa), situato «in marchionatu de Malaspina», come premio per la fedeltà dimostrata nella guerra contro i Doria.*

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 1018, f. 5.  
Citato in M.G. MELONI, *Presenza corsa*, p. 15.

## 447

**1349, maggio 6, Valencia**

*Il re Pietro IV scrive al governatore Riambau de Corbera, informandolo di aver concesso in feudo al còrso Godixello dela Oliva, abitante di Sassari, i villaggi di Mavar e Save, situati nella curatoria di Coros.*

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 1018, f. 8v.

## 448

**1349, maggio 6, Valencia**

*Il re Pietro IV concede in usufrutto vitalizio al còrso Quirico Cayanesti, abitante di Sassari, il saltu di Pradu de Muru, presso Florinas.*

M.G. MELONI, *Presenza corsa*, p. 15.  
Cfr. anche doc. 496.

## 449

**1349, luglio 18, Valencia**

*Il re Pietro IV dà facoltà al governatore Riambau de Corbera di ricevere la resa ed il giuramento di fedeltà dei ribelli Doria e Malaspina, perdonando loro, se ritenuto opportuno, ogni misfatto commesso.*

Copia di registro [R], ACA, *Cancellaria*, Reg. 1018, ff. 31-31v.

Citato in G. MELONI, *Genova e Aragona*, I, pp. 45-46.

Nos Petrus et cetera. Attendentes qualiter propter rebellionem per nobiles et barones de Hauria et marchiones de Mallaspina circa nos nostrumque regalem dominium in regno et insula Sardinie dudum assumptam, in qua prosecutione continua temere hactenus perstiterunt inter officiales et subditos nostros, ex una parte, dictosque nobiles et terras eorum ac adherentes et vassallos eorum, ex altera, multiplices strages corporum raptus rerum et alia innumera dampna supsequeuta fuerunt. Idcirco, quia dicti nobiles et barones in sua nequicia, prout audiverimus, persistere non desistunt et nos tantam eorum insolentiam tollerare non deceat, set circa eos taliter ex iusticie debito teneamur procedere quod eos rebellionem ipsam assumpsissem peniteat et de amissis ut convenit puniantur. Propterea volumus ac vobis dilecto nostro Rambaldo de Corbaria, gubernatori et reformatori Sardinie et Corsice regni, districte precipiendo mandamus quatenus, congregatis exercitibus omnibus et conflatis regalis potencie viribus, ad effectum circa dictos nobiles, terras et loca ipsorum habitantes in eis sit ad eorum excidium interitum et ruinam fortiter procedatis impetus vestri terrore perterrire vix adiciant ut resurgant. Sane quia inclite domus Aragonie, que in suis processibus pietatis et misericordie lenimenta non deserit, queque libentius partit quam puniat laudanda vestigia non utique deserenda, nolentes relinquere nec claudere venie gremium redeunti placet nobis et volumus quod si qui ex predictis corde compuncta ad obedienciam nostram redire voluerint quod in sinu gracie nostre gratis amplexibus admirantur. Et ideo de fide et legalitate et industria vestri Rambaldi supradicti ab experto confisi vobis presentium tenore concedimus ac damus plenam et liberam facultatem dandi et recipiendi nomine et pro parte nostra treugas cum omnibus et singulis baronibus et nobilibus de Hauria et de Malespina ac eorum valitoribus et amicis et eis adherentes quibuscumque et

guidandi et assecurandi eos et eorum homines et bona ipsorum necnon tractandi, ordinandi, reformandi, reconciliandi, proficiendi et ad bonum et perfectum effectum producendi atque firmandi pacem firmam et concordiam cum eisdem et pro ea servanda ydoneas, sufficientes // et bonas securitates, cauciones, obligaciones nostre et pro parte nostra eis dando atque prestandi et ab illis recipiendi, cavendi, assecurandi et bona nostra omnia pro predictis et infrascriptis omnibus efficaciter obligandi homagiis, iuramenta fidelitatis et quelibet alia et omnes securitates, cautiones, obligaciones et cautelas quascumque ab illis et eorum hominibus predictis vel aliis causis et rationibus quibuscumque petendi, recipiendi donaciones et concessionones omnium castro- rum, villarum atque locorum per nos et per genitores nostros eis factas in feudum in dicto regno vel insula, laudandi, aprobandi et confirmandi atque de novo concedendi atque donandi, sub certo sensu sive servicio ad morem Italie vel Cathalonie, et de illis eos investendi ac naturam condicionem feudi mutandi, prout vobis melius ad honorem nostre corone regie et utilitatem curie nostre videbitur expedire. Et insuper damus et concedimus vobis latam, plenam ac liberam potestatem et facultatem quod possitis nobiles supradictos de Hauria et de Malespina ac universos alios et singulos rebelles contrarios et indevotos nostros in dicto regno et insula qui ad cultum fidelitatis nostre redire voluerint ad gratiam et benevolenciam nostram reducere eisque omnibus omnes offensas, rebelliones, conspiraciones et inobediencias in nos et dominacionem ac circa magestatem nostram quoquomodo patratas, initas et factas, et eciam omnia omicidia, rapinas, predas, violencias, invasiones, iniurias ac alia quecumque crimina, scelera, facinora et delicta ab eis quomodocumque et qualitercumque circa nos officiales ac subditos nostros comissa ipsis et eorum cuilibet ac posteris, et bonis ipsorum definire, relaxare, remittere, partere et absolvere atque perpetuo indulgere et generaliter omnia alia et singula facere, permittere, tractare, ordinare, procurare, cavere, perficere et complere et ad effectum perducere eciam si mandatum exigant speciale quod vobis de presenti concedimus, que circa premissa et singula et eis incidentia coherentia seu ab ipsis dependencia opportuna sint ac nectaria ac vobis expediencia videantur queque nos possemus personaliter constitui. Nos enim ratum, gratum et firmum ex nunc ut ex tunc semper habere promittimus quicquid per vos in premissis et singulis ac super emer-

gentibus, incidentibus, coherentibus et dependentibus e eisdem factum gestum et actum fuerit in premissis et circa premissa et nullo tempore revocare sub bonorum nostrorum omnium ypotheca. In cuius rei testimonium presentem cartam nostram fieri fecimus sigillo nostre magestatis impendenti munitam. Datum Valencie, XV<sup>o</sup> kalendas augusti, anno Domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> XL<sup>o</sup> nono. Rex Petrus.

## 450

**1349, agosto 1, Valencia**

*Il re Pietro IV assegna a Ramon Gay l'«officium camerlengie marchionatus de Malespina situati in baronia de Osolo insule Sardinie», vacante in seguito alla morte del titolare, Bernat de Torres, informando della nomina gli ufficiali della baronia predetta, tra i quali majores e juratos dei villaggi.*

Copia di registro [R], ACA, *Cancilleria*, Reg. 1018, f. 62.

## 451

**1349, agosto 1, Valencia**

*Il re Pietro IV informa il governatore Riambau de Corbera della nomina di Ramon Gay a camerlengo della baronia di Osilo.*

Copia di registro [R], ACA, *Cancilleria*, Reg. 1018, ff. 62-62v.

## 452

**<1349, settembre 8, Valencia>**

*Il re Pietro IV scrive al giudice di Arborea Mariano, impartendo una serie di disposizioni sulle trattative da farsi con i ribelli Doria e Malaspina che assediavano Sassari. Riguardo a questi ultimi, si sarebbe dovuto proporre a uno dei marchesi di prendere moglie catalana, se non fosse stato già sposato; contestualmente i Malaspina avrebbero dovuto restituire al sovrano il castello di Osilo, il borgo e la baronia, e si sarebbe fatta nei loro riguardi una nuova infeudazione in virtù della quale avrebbero avuto una curatoria o due o tutta la baronia dietro il pagamento di un censo e la prestazione di un servizio di cavalli armati; sarebbe stata poi definita la questione*



*dei diritti riscossi fino ad allora dal re nella baronia di Osilo.*

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 1018, ff. 53v-55.

Rispetto alla datazione cfr. doc. 453.

Citato in G. MELONI, *Genova e Aragona*, I, pp. 35 (nota 34) e 49.

#### 453

**1349, settembre 8, Valencia**

*Il re Pietro IV scrive al giudice di Arborea Mariano, comunicandogli l'invio di alcuni capitula (cfr. doc. 452) relativi alle trattative da farsi con i ribelli Doria e Malaspina e di voler affidare a lui e al fratello Giovanni l'incarico di stabilire una tregua e firmare la pace con i suddetti ribelli (cfr. doc. 456).*

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 1018, f. 56v.

#### 454

**1349, settembre 8, Valencia**

*Il re Pietro IV scrive a Giovanni di Arborea, signore di Monteacuto e di Bosa, comunicandogli di aver inviato al giudice di Arborea Mariano alcuni capitula (cfr. doc. 452) relativi alle trattative da farsi con i ribelli Doria e Malaspina e di voler affidare a lui e al fratello, lo stesso giudice di Arborea Mariano, l'incarico di stabilire una tregua e firmare la pace con i suddetti ribelli (cfr. doc. 456).*

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 1018, ff. 56v-57.

#### 455

**1349, settembre 8, Valencia**

*Il re Pietro IV scrive a Ponç de Santa Pau, veguer di Castell de Càller, Guillem d'Alió (de Alionis), luogotenente del governatore e Guillem de Torres, assessore del governatore, comunicando loro di aver inviato al giudice di Arborea Mariano alcuni capitula (cfr. doc. 452) relativi alle trattative da farsi con i ribelli Doria e Malaspina.*

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 1018, ff. 57-57v.

## 456

**1349, settembre 12, Valencia**

*Il re Pietro IV affida al giudice di Arborea Mariano ed al fratello di quegli Giovanni il compito di stabilire una tregua e firmare la pace con i ribelli Doria e Malaspina, con il consilium di Ponç de Santa Pau, veguer di Castell de Càller, di Guillem d'Alió, luogotenente del governatore, di Guillem de Torres, assessore del governatore, di due probiviri della città di Sassari o di Castell de Càller e dello stesso governatore.*

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 1018, ff. 55v-56.

Citato in G. MELONI, *Genova e Aragona*, I, p. 49 (nota 92).

## 457

**1349, ottobre 1, Valencia**

*Il re Pietro IV comunica al governatore Riambau de Corbera che Ramon Gay, nominato camerlengo della baronia di Osilo, non poteva ancora recarsi in Sardegna in quanto trattenuto presso il sovrano («pro servitio nostro in curia nostra»).*

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 1018, f. 67v.

## 458

**1349-1351**

*Libro delle entrate di Ramon Girona, amministratore generale del regno di Sardegna. Tra le altre cose, è annotato che nel 1351 Retrilla de Uberques di Firenze, cavaliere tedesco a capo dei tedeschi che stavano con i Doria, nonché fedele compagno d'armi del marchese Malaspina, era passato a servizio del re d'Aragona, sposando a Sassari una vedova catalana. Ma durante una tregua tra il governatore del regno di Sardegna, da una parte, e Franchi Malaspina, figlio di Federico Malaspina, dall'altra, il detto Franchi aveva fatto uccidere Retrilla de Uberques.*

Originale [A], ACA, *Real Patrimonio, Maestre Racional*, Reg. 2076, f. 62v.

«Ítem, com Retrilla de Uberques de Florença, qui solia ésser companyó del marquès de Malespina, se fos partit del dit marquès

après de la mort del honrat n'Uguet de Corbera e se'n fos vengut en la ciutat de Sàsser en servey del senyor rey e hi pres muller catalana. E durant treva feta a cert temps entre lo damunt dit governador, de I part, e.l noble micer Franchi de Malespina, fill del marquès de Malespina, de la altra, lo dit Franchi faés ociure lo dit Retrilla. E per rahó de la dita mort lo dit governador volch e mana de peraula a.n Ramon d'Argentona, alguatzir seu, que pongués a man de la cort reyal tot lo forment davall escrit que.s troba en I botiga de la dita ciutat, lo qual hi havia fet metre lo dit Retrilla en sa vida, dient lo dit governador que.l dit forment pertanya a la cort e no a altre, com fos estat ofès del dit marquès e del dit fill. Per rahó d'açò reebe lo dit Ramon d'Argentona manament del governador a ell fet de peraula lo dit forment.».

\*459

**1351, luglio 14, Sassari**

*Il governatore Riambau de Corbera assegna in feudo il villaggio di Ploaghe a Jaspert de Campllonch, cittadino di Girona.*

Citato in doc. 487.

460

**1351, agosto 10, Valle Daura**

*Il re Pietro IV invia al suo segretario Francesch Foix dei capitoli (diciotto) riguardanti il processo a Riambau de Corbera. Si tratta probabilmente della deposizione di un certo Pontich o Pont, accusato di aver ucciso il fratello del governatore Huguet de Corbera e per questo trattenuto in carcere senza prove da Riambau de Corbera.*

*Riguardano i Malaspina alcuni capitoli. Nel 1° il relatore incolpa il governatore di aver rinunciato, pur in condizioni favorevoli, alla conquista del castello di Osilo nel 1348 («Primerament, senyor, lo demont dit, con fo en Serdenya ab lo jutga e ab miser Johan d'Arboreya, qui per honor vostre, senyor, l'acompanyaren entrò en Sàsser. E parten de Sàsser anaren-se'n ensems al castell de Hosolo, e de present pres lo burch e foren en punt de pendra lo dit castell, e per qualque condició volgés, lo demont dit se partí de quí e anà-se'n en Castell de Càler, e per se gran colpa, senyor, lo demont dit castell se perdé a vós. E asò, senyor, són jo apparelat de provar»).*

*Nel 9° capitolo, dopo aver accennato alla sua prigionia, il relatore riferisce del tentativo di far testimoniare contro di lui il marchese Malaspina per l'omicidio di Huguet de Corbera (morto nel 1349). A questo proposito, il governatore aveva mandato più volte un uomo di alto rango presso il marchese, promettendogli di ricompensarlo con la restituzione della baronia, ma ottenendo un netto rifiuto («Item, senyor, certifique la vostra senyoria, estant que.l demont dit teniem en presó, vehé que.l no podia trobar so que el volia, tramès II vegades un hom de paratge al marquès de Malespina si // faria testimoni contra mi. E el dit marquès ab bela manera janglant e rient respòs-li “ne hor ne no”. La terca vegade el la tramès, pensant-se que mils n'agés acabament la sua entenció, letra de craensa e dix-li que se'n volia fer testimoni que li rerria la baronia al dit marquès. Vehé que adeveres ho deje respòs-li aytals paraules “d'esta hora avant no.m parlets de semblant fer, com io vench de tal linatge que no.u deg fer ne metre en mon cor, ne escoltar semblants coses, ans vos permet en bone fe que si altre vegade me.n parlats jo us feré enderocar per lo castell aval”. Aquestes paraules, senyor, dix lo dit marquès a un hom de paratge, lo qual hom de paratge, senyor, és en esta terra e de so, senyor, son io apparelat de provar»).* Dal confronto con la deposizione di Ramon Finestres si apprendono i nomi del messo del De Corbera, tale Combau d'Almenara, e del marchese Malaspina in questione, Azzone<sup>1</sup>.

Copia semplice [C], ACA, Cancilleria, Papeles por incorporar, caja 24.

<sup>1</sup> Cfr. S. CARBONI, *Nuovi documenti sulla Sardegna catalana. Processo a Rambaldo de Corbera*, Tesi Università di Sassari, A. A. 1987-88, *Deposizione n. 4*.

## 461

### Fine 1351-1352, gennaio

*Deposizioni dei testi del processo al governatore Riambau de Corbera. Si apprende che, liberata Sassari nella prima metà del 1348, le truppe aragonesi e arborensi, al comando di Riambau de Corbera, erano avanzate verso Osilo, riuscendo ad occupare il borgo. Dopo una permanenza di alcuni giorni le truppe regie si erano ritirate, senza porre*

*tuttavia l'assedio al castello, che era rimasto in mano ai Malaspina. Il comportamento del De Corbera aveva destato più di una perplessità, vista l'evidente condizione di superiorità del suo esercito rispetto alle forze del castello, ridotte a pochi armati (solo tre) e con pochi viveri, tanto da determinare il processo al governatore (celebratosi tra l'agosto del 1351 e il gennaio 1352). Tra i vari testi, uno, Ramon de Palau (de Palacio), era stato prigioniero dei Malaspina nel castello di Osilo.*

S. CARBONI, *Nuovi documenti sulla Sardegna catalana. Processo a Rinaldo de Corbera*, Tesi di laurea Università di Sassari, A.A. 1987-88.

\*462

<fine 1351 - 1352>

*Il governatore Riambau de Corbera assegna «ad usufructuandum et gaudendum omnes fructus et redditus» del villaggio di Muskianu (curatoria di Figulinas) al sardo Pietro Uge.*

Citato in doc. 500.

\*463

<1352>

*Il re Pietro IV assegna al sardo Pietro Uge, abitante nella baronia di Osilo, il villaggio di Muskianu, dietro pagamento di un censo annuo di un fiorino d'oro.*

Citato in doc. 536.

\*464

1352, aprile 10

*Azzone Malaspina dà procura al fratello Federico per concordare la nuova infeudazione dei beni sardi, «de qua procuracione fidem fecistis per publicum instrumentum diligenter examinatum sufficientisque repertum, clausum manu Rolandini de Calesa, lunensis diocesis, imperiali auctoritate notarii et iudicis ordinarii, anno ab incarnatione Domini M° CCC° L° secundo, indicione quinta, die X mensis aprilis».*

Citato in doc. 467-468.

## 465

**1352, aprile 18, Lleida**

*Il re Pietro IV assegna a Pere Eximenis de Lumbierra, abitante di Sassari, la carica di castellano di Osilo e l'ufficio della vicaria della baronia che fu dei Malaspina per cinque anni, da computare dal momento in cui ne fosse venuto in possesso.*

Copia di registro [R], ACA, *Cancellaria*, Reg. 1020, ff. 78v-79.

## 466

**1352, maggio 25, Lleida**

*Il re Pietro IV comunica a Riambau de Corbera, governatore del regno di Sardegna e vicario e camerlengo della baronia che fu dei Malaspina, di assegnare a Pere Eximenis de Lumbierra «redditus, maquicias, dacias et omnia alia iura quocumque nomine censeantur ville Durgegui site in dicta baronia» (si tratta del villaggio di Urgeghe -d'Urgegui- situato nella baronia che fu dei Malaspina), fino alla soddisfazione della somma di 500 lire di alfonsini minuti a lui dovuta.*

Copia di registro [R], ACA, *Cancellaria*, Reg. 1020, ff. 123, 2°-123v.

## 467

**1352, giugno 13, Lleida**

*Federico Malaspina, a suo nome e come procuratore del fratello Azzo-  
ne, si presenta presso il re Pietro IV per fare atto di sottomissione, rice-  
vendo in feudo il castello di Osilo e gli altri possedi (curatorias di  
Montes, Figulinas e Coros, porti di Fresana e di Sancta Feletega), in  
cambio del servizio di 20 cavalli armati sardi per tre mesi all'anno.*

Copia di registro [R], ACA, *Cancellaria*, Reg. 1020, ff. 105, 2°-106v.

Citato in J. ZURITA, *Anales de la Corona de Aragón*, 4, libro VIII, cap. L; G. MELONI, *Genova e Aragona*, I, p. 129.

In nomine Domini. Noverint universi presentem paginam inspec-  
turi quod nos Petrus, Dei gracia rex Aragonum et cetera, atten-

denes vos egregium virum Fredericum, marchionem Malespine, nomine vestro proprio, et nomine etiam procuratorio egregii viri Açonis marchionis Malespine, fratris vestri, de qua procuracione fidem fecistis per publicum instrumentum diligenter examinatum sufficiensque repertum, clausum manu Rolandini de Calesa lunensis diocesis imperiali auctoritate notarii et iudicis ordinarii anno ab incarnatione Domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> L<sup>o</sup> secundo, indiccione quinta, die X mensis aprilis, quod positum fuit in archivo nostro ibidem pro cautela curie conservandum, obtulisse et posuisse vos et dictum fratrem vestrum et et terras quas habebatis in Sardinia in posse et virtute nostri, ut de ipsis faceremus et ordinaremus, iuxta nostre libitum voluntatis, supplicasseque nobis, ut, depositis ac relaxatis penitus quibuscumque odis vel ranchore, quod vel quam nos adversus vos et ipsis quibusvis de causis preteritis habuimus vel concepimus, vos et ipsum in nostros vassallos et servitores recipere, vobisque dictas terras concedere et conferre in feudum de liberalitate ac benignitate solitis dignaremur. Nos igitur progenitorum nostrorum ducti exemplo, volentes vobiscum marchionibus supradictis benigne agere et in eis potius benignitatem quam rigorem iusticie exercere, supplicacione vestri dicti marchionis liberaliter inclinati, nec non nos, qui misereri cupimus potius quam ulcisci, tenore presentis publici instrumenti firmiter valituri, absolvimus, diffarimus, remittimus penitus et perpetuo // relaxamus vobis dictis egregiis Frederico et Açoni marchionibus et vestris successoribus perpetuo omne odium et omnem rancorem quod et quem contra vos et vestrum utrumque conceperimus pro eo quia dominium nostrum huc usque subire tardastis et agnoscere plus debito distulistis, et quacumque eciam alia racione vel causa vosque et dictum fratrem vestrum recipimus in nostre gracie sinum. Concedentes vobis dicto Frederico, recipienti pro vobis et nomine dictis fratris vestri, quod pro predictis vel eorum aliis adversus vos vel vestrum aliquem vel successores vestros nunquam possint per nos aut successores nostros [petiri] aliqua fieri vel demanda[ri], imo vos et vestros universos successores decernimus inde inicios et perpetuo absolutos. Et quia nos prelibatos marchiones ad servicium nostrum et successorum nostrorum utiles et fructuosos fore conspiciamus et significanter ad deditum sanguinis quod habetis cum domo Aragonie, nostrum dirigentes intuitum sicut decet volentes vobis prebere materiam, ut nostri ac successorum nostrorum serviciis ferventi non adhereatis et contrariis absti-

neatis. Idcirco in signum vere dileccionis qua nos intendimus prosequi in futurum, gratis et ex certa scientia revocantes quascumque concessionem vel comissionem factas quidquid de officiis aut aliis baronie iamdictae sub quorumcumque forma verborum per nos et omnes successores nostros, damus, donamus atque concedimus perfecta, pura et irrevocabili donacione inter vivos, vobis memoratis Frederico et Açoni et vobis dicto Frederico, presenti et recipienti pro dicto fratre vestro absente, et vestris ac suis heredibus et successoribus masculis et feminis de uno in alium successive, imperpetuum in feudum secundum morem Italie castrum de Osolo, cum burgio<sup>a</sup> ipsius necnon curatorias de Montes, de Figulinas et de Coroso, cum omnibus villis, locis et casalibus populatis vel dispopulatis in dictis curatorias situatis vel existentibus et cum omnibus terminis, pertinenciis et confinibus castri, burgiorum, curatoriarum, villarum, locorum et casaliū predictorum et cum montibus, silvis, bosquis, saltibus et planis, cultis, plantatis et heremis, pratis, pascuis, venationibus, piscationibus, aquis et aqueductibus, molendinis ibi constructis et construendis<sup>b</sup> et cum portibus de Fresana et de Sancta Feletega et universis iuribus eorundem, necnon cum hominibus et feminis et cum servis at ancillis cuiuscumque condicionis existant, et etiam cum omnibus redditibus, proventibus, maquiciis, statera, affitibus, tributis, daciis, collectis, decimis, censibus, petitis, postis, postaticis, passagiis, massellacionibus et aliis iuribus universis, necnon cum mero et mixto imperio et alia omni iurisdictione alta et baxa, civili et criminali, et districtu et coartacione quacumque prout melius, plenius et largius vos dicti marchiones ac predecessores vestri, ea omnia et singula habuistis, tenuistis et possedistis eisque usi fuistis hucusque, modo aliquo sive causa. Retinemus tamen in nobis et nostris successoribus perpetuo quod vos dicti egregii viri Fredericus marchio et dictus Aço, vester frater, et vestri successores et sui, vel a vobis eo causam habentes imposterum in predictis teneamini servire nobis et nostris in regno Sardinie et Corsice successoribus de viginti equitibus sardis, ad modum Sardinie armatis et paratis, quod servitium teneamini nobis prestare ubicumque nos et successores nostri aut officiales nostri et illorum de hoc potestatem habentes voluerimus et voluerint, infra insulam Sardinie et non extra, videlicet per tres menses in anno ad sumptus proprios vestri et ipsius marchionis fratris vestri iamdicti, vel successorum vestrorum et suorum. Et si ultra dictos tres menses ipsos viginti



equites necessarios habuerimus seu habuerint ad nostri vel eorum servicium, liceat nobis et ipsis ac nostris successoribus vel nostris officialibus iamdictis retinere eosdem ad nostri et eorum servicium quantum voluerimus, satisfaciendo eis de stipendio condecanti. Retinen[emus] [tamen] [quod] vos predicti marchiones fratres et vestri et ipsius successores predicti nullum alium dominum proclamatis in predictis nisi nos aut successores nostros in Sardinie et Corsice regno. Retinemus insuper in predictis et super predictis // in feudum vobis supra concessis omnia et singula iura competentia dominis per feudis et in feudis secundum Italie morem predictam itaque donacionem et concessionem factam per nos et nostros successores perpetuo in dicto Sardinie et Corsice regno in feudum secundum morem Italie, vobis predictis marchionibus fratribus iamdictis et vestris successoribus perpetuo de predictis omnibus et singulis prout nolimus dici potest et intelligi ad salvamentum et remedium vestri et vestrorum successorum predictorum et sanum et intellectum ad dandum, vendendum sive quomodolibet alienandum et ad alias voluntates vestras perpetuo libere faciendas, salvis tamen nobis nostrisque successoribus perpetuo retentionibus supradictis inducentes ex nunc ut ex tunc, vos dictos marchiones fratres pro vobis et vestris perpetuo in possessionem corporalem vel quasi omnium predictorum. Conficentes quod nos predicta omnia nomine et vice vestra possidere quousque liberam et expeditam possessionem inde fueritis consequuti, quam siquidem possessionem per vos vel alium aut alios recipere valeatis vestra propria auctoritate ipsamque retinere licencia nostri minime requisita. Et nichilominus investimus vos dictum Fredericum, quo supra nomine recipientem pro vobis et dicto fratre vestro vestrique et ipsius predictis successoribus, imperpetuum de feudo predicto per tradicionem cuiusdam ensis, quem tradimus vobis in signum investiture predictae. Mandantes cum presenti firmiter et expresse gubernatori, capitaneis, potestatibus et aliis universis et singulis officialibus nostris et successorum nostrorum in Sardinia constitutis et constituendis, presentibus et futuris, quatenus predicta et subscripta omnia prout melius et plenius a nobis concessa, data et promissa sunt, ut superius et inferius continetur, teneant firmiter et observent et contra ea vel eorum aliqua non faciant vel veniant aut aliquem vel aliquos contrafacere vel venire permittant modo aliquo, causa vel eciam racione. «Ad hec ego Fredericus, marchio Malespine, nominibus quibus supra, gratiam et donacionem

huiusmodi pro me et dicto fratre meo, cuius procurator, ut predictur, existo, et meis ac suis successoribus supradictis, admittentes cum reverencia et gracionum accionibus, a vobis illustrissimo domino rege predicto sub modo, forma et retencionibus superius et inferius expressatis, promicto, nominibus quibus supra, vobis dicto domino regi<sup>c</sup> et vobis eciam infrascripto notario, tanquam publice persone, nomine dicti domini regis et successorum suorum et aliorum quorum interest vel interesse potest, intererit vel interesse poterit in futurum legitime stipulanti, quod ego et dictus egregius Aço, frater meus, et sui ac mei successores, perpetuo erimus fideles et legales vassalli pro feudo et de feudo predicto vobis dicto domino regi et vestris successoribus in dicto Sardinie et Corsice regno ac prestabimus servicium de dictis viginti equitibus sub forma superius declarata, quodque faciemus vobis dicto domino regi vestrisque predictis omnibus successoribus omnia et singula ad que vassalli tenentur dominis pro feudis secundum morem Italie, nec alium in predictis clamabimus dominum nisi vos ac vestros successores, ut superius continetur. Pro quibus omnibus et singulis complendis, attendendis et inviolabiliter observandis per me et dictum fratrem meum ac meos et ipsius successores<sup>d</sup> obligo, nominibus quibus supra, vobis iamdicto domino regi et vobis notario infrascripto, stipulanti nomine illorum quorum interest et interesse potest vel poterit, me et dictum fratrem meum ac feudum predictum et alia omnia bona mea et ipsius et successorum meorum et eiusdem mobilia et immobilia ubique habita et habenda. Et ad maiorem securitatem predictorum facimus inde homagium vobis dicto domino regi ore et manibus comendatum, iuxta Usaticos Barchinone, de quibus et de natura dicti homagii plene sum informatum. Facio eciam in manu<sup>e</sup> vestri dicti<sup>f</sup> domini regis<sup>g</sup> sacramentum fidelitatis secundum formam fidelitatis et usus feudorum Italie, dicendo sic: "Iuro ad sancta Dei evangelia ego Fredericus, marchio Malespine, pro me // et dicto fratre meo ac meis et ipsius successoribus supradictis, nomine procuratorio antedicto, vobis domino regi, recipienti nomine vestro et successorum vestrorum predictorum, quod ab hac hora inantea ego et dictus frater meus et successores mei et sui in feudo iamdicto erimus vobis dicto domino regi et dictos successoribus vestris fideles, obedientes et legales vassalli, non erimus in consilio aut consensu vel facto, ut vitam perdatis aut membrum aut mala capiamini capcione et consilium quod nobis credituri estis per nos aut nuncios nostros vel

litteras ad dampnum vestri et ipsorum nobis scientibus nemini pandebimus, et si sciremus fieri vel procurari sive tractari aliquid quod esset in dampnum vestri domini regis ac predictorum successorum vestrorum pro posse impediemus, et si impedire non possemus id vobis et eis curabimus significare, et ut iura nostra et dictorum<sup>h</sup> successorum vestrorum sint salva adiutores erimus in insula Sardinie contra omnem hominem, formam et tenorem concessionis feudi predicti plenarie adimplebimus et inviolabiliter observabimus, nec contra eam ullo unquam tempore veniemus<sup>»</sup>. Est inquam sciendum quod similes donacionem, gratiam et investituram fecerat illustrissimus dominus infans Alfonsus genitor nostri dicti regis memorie recolende, antequam ad apicem regie dignitatis assumptus foret dicto egregio Açoni nomine suo et vestri egregii Frederici presentis, ut hec latius et clarius continentur in quodam publico instrumento confecto in Castro de Fraga, sito in Cathalonia, die martis intitulata pridie idus augusti, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> XX<sup>o</sup> sexto, et clauso per Bonanatum de Petra dicti domini genitoris nostri notarium et sigilla tenentis et auctoritate serenissimi domini regis Aragonum, ac per Nicholaum filium quondam Comitis de Villa notarium publicum per totam terram et dominacionem serenissimi domini regis Aragonum, auctoritate eiusdem, die et anno proxime dictis. Hec igitur omnia et singula supradicta, ut dicta sunt supra, facimus, paciscimur et promittimus, videlicet nos dictus rex per nos et omnes heredes et successores nostros quoscumque, et ego dictus Fredericus iamdictus nominibus per me et dictum<sup>i</sup> fratrem meum et omnes heredes et successores meos et suos quoscumque uterque nostrum et se dicta nobis adinvicem necnon et notario infrascripto, tanquam publice persone, pro nobis et pro aliis eciam personis quarum interest et intererit ac interesse potest et poterit recipienti et paciscenti ac eciam legitime stipulanti. In quorum omnium testimonium et fidem plenariam tam nos dictus rex, quam ego dictus marchio iamdictus nominibus mandamus fieri seu confici duo consimilia instrumenta per alphabetum divisaj per notarium infrascriptum, sigillo magestatis vestri dicti regis munimine roborata. Que fuerit acta in ecclesia sedis Ilerde, XIII die iunii, anno a nativitate Domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> L<sup>o</sup> secundo. Examinavit Rodericus.

Signum \*\*\* Petri, Dei gracia regis Aragonum et cetera, qui hec laudamus et firmamus.

S+num Frederici, marchionis et procuratoris iamdicti, qui quibus supra nominibus hec laudo, firmo, iuro et homagium, ut predicatur, presto.

Testes huius rei sunt nobiles viri Bernardus de Capraria, Gilambertus de Scintillis, gubernator Maiorice, Rogerius de Rahonato et Michel Petri Çapata, milites consiliarii domini regis prefati ac Simon de Vilanis de Pontremulo, iudex, diocesis lunensis.

Dominus rex, in cuius posse ipse una cum dicto marchione firmavit, mandavit Bartholomeo de Lauro.

<sup>a</sup> così nel testo <sup>b</sup> et construendis *in soprilinea* <sup>c</sup> segue depennato et vestris successoribus in dicto Sardinie et Corsice regno <sup>d</sup> segue depennato compleri attendi et observari faciendis quoscumque scienter et expresse <sup>e</sup> segue depennato eiusdem <sup>f</sup> vestri dicti *in soprilinea* <sup>g</sup> *in soprilinea* <sup>h</sup> *in soprilinea* <sup>i</sup> segue depennato Fredericum <sup>j</sup> per alphabetum divisa *in soprilinea*

#### 468

##### 1352, giugno 13, Lleida

*I Malaspina cedono al re Pietro IV il castello di Osilo, con il borgo e la curatoria di Montes, per la durata di dieci anni e più se fosse continuata la guerra tra Catalano-Aragonesi e Doria. Se però la guerra fosse finita entro il detto decennio, il re avrebbe dovuto restituire il castello ai Malaspina, altrimenti, passati i detti dieci anni, il castello sarebbe tornato ai marchesi entro quattro mesi.*

*Federico Malaspina promette di inviare subito suo figlio in Sardegna per ratificare quanto stabilito presso il governatore, impegnandosi, inoltre, ad aiutare il re contro i ribelli e a non arrecare danni a Sassari. Il marchese "consente" al re di tenere o smantellare il castello di Malvehí, costruito dai Catalano-Aragonesi nella baronia di Osilo; se il re avesse deciso di tenerlo in piedi avrebbe dovuto sostenerne le spese con i redditi del borgo di Osilo e della curatoria di Montes, senza aggravare per i Malaspina e per le curatorias di Figulinas e Coros.*

In Christi nomine. Pateat cunctis quod cum post contractum donacionis et concessionis in feudum secundum morem Italie per vos excellentissimum ac magnificum principem et dominum dominum Petrum, Dei gracia regem Aragonum, Valencie et cetera, facte michi Frederico, marchioni de Malespina infrascripto, et egregio viro Açonì, marchioni de Malespina, fratri meo, infrascripto, et meis ac suis perpetuo de castro de Osolo, cum suis burgis et de curatoriiis de Montes et de Figulinas et de Coroso ac villis, locis et casalibus in eis situatis et de aliis contentis in publico instrumento inde confecto, et post investituram eciam inde factam per vos dictum dominum regem michi, quibus supra nominibus, de quibus omnibus apperet per dictum publicum instrumentum confectum per publicum notarium, die confeccionis presentis convenerimus et promiserimus firmare et tenere vobis dicto domino regi, ex causis iustis et rationabilibus inter vos et me agitatis, pacta et condiciones infrascriptas. Ideo ego dictus Fredericus, marchio de Malespina, nomine meo proprio et ut procurator eciam egregii viri Açonì marchionis Malespine, fratris mei predicti, cum publico instrumento diligenter examinato sufficienteque reperto, clauso manu Rolandini de Calesia, lunensis diocesis, imperiali auctoritate notarii et iudicis ordinarii, anno ab incarnatione Domini M CCC quinquagesimo secundo, indiccione quinta, die X mensis aprilis, volens, ut convenit, discedere a tramite veritatis sed potius adimplere que per me oretenus explicata et promissa fuere, tenore presentis publici instrumenti vicem in hac parte epistole gerentis, convenio et promitto, iamdictis nominibus, vobis dicto domino regi, me eisdem nominibus dare operam cum effectu, omnique excepcione remota, quod incontinenti transmitam meum filium apud insulam Sardinie, per quem vobis, vel vestro gubernatori Sardinie et Corsice regni, aut cui vos vel ipse volueritis, tradatur castrum de Osolo et burgum eiusdem castri, cum curatoria de Munte, quequidem castrum, burgum et curatoriam teneatis et possideatis ac tenere valeatis vos dictus dominus rex per vos vel quos volueritis, cum fortitudinem castri eiusdem, villis, hominibus, potestatibus et vassallis, iurisdiccione, fructibus, redditibus, iuribus et emolumentibus, terminis ac pertinentiis suis plenarie et potenter, dicto instrumento vel aliquibus de contentis in eo obsistentibus nullo modo, hinc ad decem annos primo et continue venturos, vestrosque proprios et officia-

lem in dictis castro, burgis et curatoria impositis per vos vel imponendis de cetero libere ac licite faciatis, ex fructibus et redditibus, emolumentis et iuribus supradictis quovis obstaculo quiescente. Predictum itaque pactum facio, nominibus quibus supra, hac videlicet condicione adiecta, quod si forsan infra dictos decem annos finiretur guerra quam vos habetis seu facitis cum baronibus de Auria propter rebellionem eorundem et aliis iustis titulis seu causis, oit quod illi de Auria non facerent vobis guerram, nec vos sibi // statim vos dictus dominus rex, vel causam a nobis habens, seu successores vestri, et ipsius teneamini et habeatis reddere castrum, burgum, curatoriam et alia supradicta durante guerra iamdicta, immo, lapsu dicti decenni minime obsistente, possitis tenere et possidere omnia supradicta, michi et dicto fratri meo et successoribus meis et suis curatoriam de Munte supradictam cum villis, iuribus, redditibus et pertinentiis suis. Si vero dicta guerra finita non fuerit infra decennium supradictum, vos vel vestri successores in dicta insula non teneamini michi vel dicto fratri meo, aut causam a nobis habentibus, reddere castrum, burgum, curatoriam et alia supradicta durante guerra iamdicta, immo, lapsu dicti decenni minime obsistente, possitis tenere et possidere omnia supradicta vestraque propria facere durante guerra sepedicta. Qua tamen finita postea quodcumque finitis decem annis predictis, vos, serenissime princeps et domine, vel successores vestri, in dicta insula teneamini et habeatis reddere infra quatuor menses ex mense primo venturos castrum, burgum, curatoriam cum omnibus iuribus supradictis, tenenda et possidenda per me et dictum fratrem meum ac meos et suos successores iuxta tenorem instrumenti prelibati, de quo supra fit mencio huiusmodi publico instrumento, vel aliquibus de contentis in eo obsistentibus nullo modo. Preterea volens eisdem nominibus vobis dicto domino regi agnoscere, ut convenit, bonam fidem, volo, quibus supra nominibus, et in expressum pactum duco ac promitto virtute homagii et iuramenti per me inferius presentati vobis dicto domino regi, quod amodo ego et dictus frater meus de nostris personis, vassallis et bonis in quantum in nobis est vel fuerit faciemus guerram cum illis quibus vobis facere eam oportuerit vel volueritis infra insulam Sardinie memoratam, et quod dabimus operam cum efetu, omni excusacione remota, quod nos et homines ac vassalli nostri tractabimus et tractabunt bene et legaliter homines Sasserii et alios quosvis subditos vestri dicti

domini regis, eisque nullum malum, iniuriam seu gravamen inferemus seu inferri eciam faciemus per dictos vassallos nostros vel alios. Quinimmo si sciremus quod aliquis eis vellet inferre ea statim eisdem denunciabimus, ipsos proponere totis nostris et suis viribus defendendo, et ulterius in pactum deduco iamdictis nominibus. Voloque ac consentio quod vobis dicto domino regi liceat castrum per vos vel vestrum gubernatorem constructum vel factum infra limites baronie iamdicte, vocatum Malvehí, tenere in condirecto, vel ipsum dirui facere et anichelari, prout ad voluntatem et expeditionem guerre iamdicte vobis visum fuerit expedire, impedimento mei et dicti fratris mei et suorum et meorum et alterius cuiuscumque persone quolibet quiescente. Verumtamen vos prefate domine magnifice rex et domine teneamini et habeatis custodire vel custodiri facere castrum de Osolo supradictum et dictum castrum de Malvehí si ipsum conservari facere malueritis ex fructibus et redditibus ac emolumentis burgi iamdicti ac curatorie de Muntès supradicte vel de aliis vestris propriis, si predicta ad huiusmodi nimis non sufficuerit, absque dampno, missione et expensis mei et dicti fratris mei et successorum suorum et meorum, vel aliarum curatoriarum de Figulinas et de Coroso. Et pro predictis omnibus et singulis complendis et attendendis, tenendis et firmiter eciam observandis, obligo nominibus quibus supra me personaliter ac personam dicti egregii Açonis marchionis, fratris mei, cuius procurator existo, et omnia bona ipsius, ac mea mobilia et immobilia quecumque sint et ubicumque fuerint, tam habita quam habenda, renunciando quibus supra nominibus, quam tam ad hec ex certa sciencia legi sive iuri dicenti, quod qui pactum promittit solvendo et interesse liberetur ab ipsa promissione, quibuslibet legibus, iuribus et foribus ac consuetudinibus in specie vel in genere contra hec repugnantibus. Et ut predicta omnia et singula maiori gaudeant firmitate non vi nec dolo set sponte iuro, quibus supra nominibus, in manu nostra et dicti mei principalis per dominum Deum et eius sancta quatuor // evangelia manibus nostris corporalis tacta predicta omnia et singula attendere et complere, tenere et observare, et in aliquo non contrafacere vel venire iuri aliquo causa vel eciam racione. Et nichilominus, ut de premissis omnibus et singulis cautius sit, facio iamdictis nominibus vobis dicto domino regi homagium ore et manibus commendatum iuxta Usaticos Barchinone, de quibus et de natura dicti homagii plene informatus existo. Ad

hec nos Petrus, Dei gracia rex Aragonum supradictus, consideratis omnibus et singulis supradictis, eademque sponte et causis iustis plenis acceptantes, vobis dicto egregio viro ac dilecto nostro Frederico marchioni Malespine presenti ac dicto Açoni fratri vestro licet absente, ac vobis dicto Frederico, recipienti nomine ipsius et heredum ac successorum suorum et vestrorum, convenimus et promittimus bona fide regia ac virtute iuramenti per vos inferius presenti quod predicta omnia et singula quatenus ea nos vel nostros successores aut officiales nostros et eorum facere et complere contigerit, faciemus et complebimus, attendemus et observabimus ac observari indilate faciemus per eosdem, quomcumque locus affuerit, iuxta mentem et tenorem condicionum superius per vos dictum Fredericum expressatarum, ac si hic continerentur seu repeterentur singulariter disciente et expresse. Nos enim, nunc ut ex tunc et ex tunc ut ex nunc, mandamus nostris officialibus et subditis presentibus et futuris quatenus observando pacta omnia supradicta et eorum singula quomcumque locus affuerit ad premissa vobis et dicto fratri vestro, vel causam a nobis et eo habentibus, predicta omnia restituant atque tradant, iuxta instrumenti de quo supra fit mencio et huius series pleniores, promittentes insuper vobis in nostra fide regia quod in premissis nullam causam vel excepcionem opponemus, quin premissa ut superius adiecta sunt ut convenit roboris obtineant firmitatem. Et ad maiorem corroboracionem omnium predictorum iuramus sponte per dominum Deum et eius sancta quatuor evangelia manibus vestris corporaliter tacta, predicta omnia et singula attendere et complere, tenere et observare et in aliquo non contrafacere vel venire iuri aliquo causa vel eciam racione. Hec igitur omnia et singula supradicta, ut dicta et expressa sunt supra, facimus, paciscimur et promittimus nos dictus rex et ego Fredericus marchio supradictus, quibus supra nominibus, uterque nostrum scilicet a se dicta nobis adinvicem necnon et tibi infrascripto scriptori et notario, tanquam publice presenti pro nobis et viceque nostrum, et pro aliis eciam personis quarum interest et intererit ac interesse potest et poterit recipienti et paciscenti ac eciam legitime stipulanti. Et volumus ac mandamus tam nos dictus rex, quam ego dictus Fredericus marchio, nominibus quibus supra, fieri duo consimilia publica instrumenta sigillo pendentis nostri dicti regis munita, alterum michi dicto marchioni tradendum, alterum retinendum et conservandum in archivio nostri dicti regis



ad curie nostre cautelam. Que fuerunt acta in ecclesia sedis Ilerde, XIII die iunii, anno a nativitate Domini M CCC L secundo. Examinavit Rodericus.

S+num Frederici, marchionis Malespine et procuratoris iamdicti, que predictis nominibus hec laudo, firmo et iuro ac homagium facio sive presto ut superius continetur.

Signum \*\*\* Petri, Dei gracia regis Aragonum et cetera, que hec laudamus, firmamus et iuramus.

Testes huius rei sunt nobiles viri Bernardus de Capraria, Gilbertus de Scintillis, gubernator Maiorice, Rogerius de Rahonacho et Michel Petri Çapata, milites, consiliarii domini regis prefati ac Simon de Vilanis de Pontremulo, iudex, diocesis lunensis.

Dominus rex, in cuius posse firmavit una cum dicto marchione, presentibus testibus supradictis, mandavit Bartholomeo de Lauro.

#### 469

##### 1352, giugno 13, Lleida

*Il re Pietro IV ordina al governatore Riambau de Corbera di ratificare in Sardegna con Angelino o Francesco Malaspina, figli di Federico, i patti stabiliti. Il sovrano aragonese dispone che vengano scelti quattro probi homines anziani per ogni curatoria, i quali avrebbero dovuto provvedere a fissare i giusti confini fra le curatores. Il governatore avrebbe dovuto provvedere a far rispettare gli accordi, ad accogliere nell'Isola con la massima ospitalità Angelino Malaspina e ad organizzare il viaggio di ritorno in Italia (presso il porto di Pisa) di Angelino e Francesco Malaspina, con la loro familia.*

Copia di registro [R], ACA, *Cancellaria*, Reg. 1020, ff. 109, 3°-109v.

Petrus et cetera. Dilecto consiliario nostro Rambaldo de Corbaria, militi, gubernatori regni Sardinie et Corsice, vel eius locumtenenti, ceterisque officialibus et subditis nostris presentibus et futuribus, ad quos presentes pervenerint, salutem et cetera. Cum nos

cum instrumento publico per fidelem scriptorem nostrum Bartholomeum de Lauro clauso, nostre magestatis sigillo pendenti munito, dato et acto ut infra, dederimus et concesserimus imperpetuum pura donacione et irrevocabili inter vivos egregiis viris Frederico et Açonì, marchionibus Malespine, et eorum successoribus, masculis et feminis de uno in alium successive imperpetuum in feudum, secundum morem Italie, castrum de Osolo, cum burgis ipsius, necnon curatorias de Montes, de Figulinas et de Coroso, cum omnibus villis, locis et casalibus, populatis // vel dispopulatis in dictis curatoriiis situatis vel existentibus, et cum omnibus terminis et pertinenciis, hominibus et feminis, iurisdictione alta et baxa, mero et mixto imperio, sub certis retinenciis et pactis atque formis in dicto instrumento contentis, fuerit eciam in pactum deductum inter nos et dictos marchiones quod, dicto publico instrumento non obstante, nos teneamus castrum de Osolo supradictum, cum eius burgo et baronia de Montes, per et infra certum tempus, et sub certis condiccionibus ac pactis in dicto alio publico instrumento confecto per notarium supradictum, die et anno subscriptis, contentis, ut ex ipsorum tenor liquide poteritis informari. Idcirco vobis dicimus ex certa sciencia et mandamus quatenus dicta instrumenta et pacta in eis contenta inviolabiliter observando statim, visis presentibus, castrum, burgum et baroniam de Montes iamdictam ad manus nostras recipiatis et de predictis omnibus nobilem Angelinum vel Franciscum, dicti egregii Frederici filios, aut eorum alterum, vel quosvis alios unum vel plures quos voluerit idem Angelinus, nomine marchionum predictorum, in possessionem iamdictorum omnium inducatis, inductosque manuteneatis, in ea quibusvis concessionibus aliis factis obsistentibus nullo modo. Quibus peractis, statim castrum, burgum et curatoriam predictam, iuxta tenorem instrumentorum predictorum, alicui idoneo persone comittatis tenenda et gubernanda per eum fideliter atque bene, donec nos in premissis aliter duxerimus providendum. Ceterum huius serie vobis iniungimus quod si forsan aliquæ conquestiones vel cause insurgerentur de et super confinibus sive terminis curatoriarum predictarum, easdem per quatuor probos homines antiquos, cuiuslibet curatoriarum eligendos, per quamlibet curatoriam deffiniri, decidi ac terminari mollonesque sive terminos ubicumque eis videbitur poni seu figi faciatis. Tradimus vobis insuper in mandatis ut consumatis supradictis per modum qui supra dictos Angelinum et Franciscum, cum eorum

familia et rebus, per galeam vel lembum aut aliud vas securum ab insula Sardinie ad portum Pisarum afferi totaliter faciatis. Datum Ilerde, XIII die iunii, anno a nativitate Domini M CCC L secundo. Examinavit Rodericus.

Bartholomeus de Lauro per excecucionem principalem et eciam cui dominus rex mandavit.

## 470

**1352, giugno 20, Lleida**

*Il re Pietro IV ordina ai propri ufficiali in Sardegna di provvedere a riportare nella penisola italiana i due figli di Federico Malaspina, una volta ultimati gli accordi.*

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 1020, f. 109v, 2°.

Petrus et cetera. Dilectis et fidelibus nostris universis et singulis officialibus vel eorum locatenentibus, patronibus, marineriis, custodibus eorum prohibitarum in confinibus terrarum et regnorum nostrorum constitutis et aliis quibuscumque ad quos presentes pervenerint, salutem et dileccionem. Cum egregius et dilectus noster Fredericus, marchio Malespine, pro quibusdam negociis nostris et suis transmittavit inpresenciarum nobilem Angelinum, eius filium, apud Sardinie regnum, ideo vobis dicimus et mandamus quatenus dicto Angelino, nec eius familie, aliquod impedimentum prestetis, quomodo provideatis eis si nostre fuerit de securo transitu et conductu. Datum Ilerde, XX die iunii, anno a nativitate Domini M CCC L secundo. Examinavit Rodericus.

Dominus rex mandavit Bartholomeo de Lauro.

## 471

**1352, giugno 24, Lleida**

*Il re Pietro IV invita il governatore Riambau de Corbera a far rispettare gli accordi stipulati con Federico Malaspina, sui quali gli avrebbe fornito maggiori dettagli lo scriptor Pere de Caldes.*

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 1020, f. 113, 2°.

Petrus et cetera. Dilecto consiliario nostro Rambaldo de Corbaria, militi, gubernatori Sardinie et Corsice regni, salutem et dileccionem. Cum nos certa et distincta pacta fecerimus et inhiverimus cum egregio viro Frederico, marchione Malespine, nomine suo proprio et nomine eciam procuratorio Açonis fratris sui, prout in cartis nostris inde factis latius videbitis contineri. Ideo volumus vobisque dicimus firmiter iniungentes quatenus pacta eadem et omnia alia et singula contenta in dictis cartis eidem Frederico, nominibus predictis, observetis et observari faciatis iuxta dictarum cartarum seriem et tenorem. Ceterum quia nos aliqua vobis ex parte nostra referenda super hiis comisimus fideli scriptori nostro Petro de Calidis, ideo volumus vobisque dicimus et mandamus quatenus hiis que dictus Petrus vobis ex parte nostra retulerit super predictis fidem indubiam prebeatis eaque completeatis operis per efectum. Datum Ilerde, vicesima quarta die iunii, anno a nativitate Domini M CCC L secundo. Examinavit Rodericus.

Ferrarius de Magerola, mandato regio facto per Bernardum de Capraria, consiliarium.

472

1352, giugno 24, Lleida

*Il re Pietro IV informa Riambau de Corbera del prossimo arrivo in Sardegna di Angelino Malaspina, raccomandandogli di accoglierlo con la massima ospitalità.*

Copia di registro [R], ACA, *Cancilleria*, Reg. 1020, f. 113, 3°.

Petrus et cetera. Dilecto consiliario nostro Rambaldo de Corbaria, militi, gubernatori Sardinie et Corsice regni, vel eius locum tenenti, salutem et dileccionem. Cum egregius vir Fredericus, marchio Malespine, nomine suo proprio et ut procurator Açonis, fratris sui, cum quo certa pacta fecimus ac inhivimus, prout in cartis nostris inde confectis latius continetur, apud insulam Sardinie nobilem Angelinum, eius filium, transfretare faciat<sup>a</sup> de presenti, ideo vobis dicimus firmiter iniungentes quatenus eundem Angelinum<sup>b</sup> nominibus predictis, cum familiis, bonis et rebus

suis, recomendatum habeatis ipsumque in omnibus suis agendis benigne ac favorabiliter pertrattetis, et ab aliis eiusdem insule faciatis libere pertrattari. Sciturus quod contrarium nobis quamplurimum displiceret. Datum Ilerde, XXIII die iunii, anno a nativitate Domini M CCC L secundo. Examinavit Rodericus.

Ferrarius de Magerola, mandato regio facto per Bernardum de Capraria, consiliarum.

<sup>a</sup> nobilem...faciat *in soprilinea* <sup>b</sup> segue *depennato* Fredericum

\*473

<ante 1353, gennaio 21>

*Il governatore Riambau de Corbera concede per un anno a Ramon de Montbrú la castellanìa di Osilo.*

Citato in docc. 474, 483-484.

474

1353, gennaio 21, Valencia

*Il re Pietro IV assegna per tre anni la castellanìa di Osilo a Ramon de Montbrú, a lui precedentemente concessa dal governatore Riambau de Corbera per un anno.*

Copia di registro [R], ACA, *Cancillería*, Reg. 1020, f. 145v, 2°.

475

1353, gennaio 23, Valencia

*Il re Pietro IV scrive al giudice di Arborea Mariano, chiamandolo a collaborare con il governatore alla difesa, interna ed esterna, del regno di Sardegna. «Similes», tra gli altri, a Federico Malaspina.*

G. MELONI, *Genova e Aragona*, I, pp. 153-154.

## 476

**1353, gennaio 25, Valencia**

*Il re Pietro IV ordina al governatore Riambau de Corbera di dare attuazione alla concessione in enfiteusi in favore del porter regio Llorenç de Tarazona (datata 1348, giugno 8, Valencia) del «pratum erbarum» del castello di Osilo.*

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 1020, f. 145, 2°.

## 477

**1353, gennaio 31, Valencia**

*Il re Pietro IV concede al notaio Domenec Çapata de Sesse l'ufficio della vicaria del borgo di Osilo, insieme alla guardia del prato di Sassari chiamato Cleu per quattro anni.*

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 1020, f. 146, 1°.

## 478

**1353, febbraio 4, Valencia**

*Il re Pietro IV concede al còrso Godixello dela Oliva, abitante di Sassari, il villaggio di Palma di Sulcis, in permuta dei villaggi di Mavar e Save, situati nella curatoria di Coros, precedentemente assegnatigli (cfr. doc. 445), in virtù dei nuovi accordi con i Malaspina che prevedevano la restituzione della suddetta curatoria.*

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 1020, ff. 152v-153v.

## 479

**1353, febbraio 20 Valencia**

*Il re Pietro IV scrive al governatore Riambau de Corbera della questione di Godixello dela Oliva di cui al doc. 478.*

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 1020, ff. 154, 2°-154v.

## 480

**1353, marzo 4, Valencia**

*Il re Pietro IV scrive al governatore Riambau de Corbera affinché dia esecuzione alla concessione effettuata in favore del notaio Domenec Çapata de Sesse dell'ufficio della vicaria del borgo di Osilo per quattro anni (cfr. doc. 477).*

Copia di registro [R], ACA, Cancilleria, Reg. 1020, f. 156v, 2°.

## 481

**1353, giugno 18, Valencia**

*Il re Pietro IV scrive al veguer di Sassari, riferendo delle lamentele del porter regio Guerau de Solerio, il quale non riceveva il proprio salario dal marchese Malaspina, cui il suddetto porter era stato sottoposto per decisione del governatore Riambau de Corbera il quale aveva assunto il controllo della baronia dello stesso marchese.*

Copia di registro [R], ACA, Cancilleria, Reg. 1020, f. 181.

## 482

**1353, settembre 25, Alghero**

*Bernat de Cabrera, in nome del re Pietro IV, in virtù dei nuovi accordi con i Malaspina, revoca l'assegnazione della carica di camerlengo della baronia di Osilo a Giunta de Cherchi, permutandola con quella di «mayor portus» di Castelgenovese già assegnatagli dal governatore Riambau de Corbera il 1° agosto 1353.*

Copia di registro [R], ACA, Cancilleria, Reg. 1022, ff. 17, 2°-17v.

## 483

**1353, settembre 28, Alghero**

*Bernat de Cabrera, in nome del re Pietro IV, conferma a vita a Ramon de Montbrú la carica di castellano di Osilo assegnatagli dal governatore Riambau de Corbera.*

Copia di registro [R], ACA, Cancilleria, Reg. 1022, ff. 31v, 3°-32.

## 484

**1353, settembre 29, Alghero**

*Bernat de Cabrera, in nome del re Pietro IV, conferma a vita a Ramon de Montbrú la carica di castellano di Osilo assegnatagli dal governatore Riambau de Corbera.*

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 1022, f. 20v, 1°.

## 485

**1353, settembre 29, Alghero**

*Bernat de Cabrera, in nome del re Pietro IV, informa l'amministratore dei redditi del regno di Sardegna Nicolau de Campllonch della conferma a vita a Ramon de Montbrú della carica di castellano di Osilo.*

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 1022, f. 20v, 2°-21.

## 486

**1353, ottobre 1, Porto Conte (Alghero)**

*Bernat de Cabrera, in nome del re Pietro IV, revoca il divieto di esportazione di vino, grano ed orzo dalla baronia di Osilo, in seguito alle proteste del podestà e della popolazione di Alghero.*

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 1022, f. 78, 2°.

Bernardus et cetera. Venerabilibus et dilectis gubernatori Sardinie et Corsice regni ceterisque officialibus terrarum nobilium marchionum de Malespina et aliis quibuscumque ad quos presentes provenerint, salutem. Ex parte potestatis et universitatis ville Alguerii fuit nobis humiliter intimatum quod vos fieri fecistis divietum sive inhibitionem ne a terris predictis vinum, granum nec ordeum exire inde possit tam asportandi ipsa ad villam et terram Alguerii predictam, et ipsorum preiudicium non modicum atque dampnum. Quocirca ad humilem supplicacionem propterea nobis factam vobis, auctoritate qua supra, dicimus et expresse mandamus quatenus a premissis totaliter desistendo ac ea penitus revocando, taliter super hoc adhibere curetis remedium quod terra et villa Alguerii nedum habundetur victualibus, sed eciam



preservetur ab inquietacionibus et molestiis quorumcumque. Datum in Portu del Comte, prima die octobris, anno a nativitate Domini M CCC L III.

Bartholomeus de Lauro, mandato facto per dominum capitaneum.

## 487

1353, novembre 12, Castell de Càller

*Bernat de Cabrera, in nome del re Pietro IV, in virtù dei nuovi accordi con i Malaspina, revoca l'assegnazione in feudo del villaggio di Ploaghe effettuata dal governatore Riambau de Corbera in favore del cittadino di Girona Jaspert de Campllonch il 14 luglio 1351 (cfr. doc. 459), permutandola con quella dei villaggi di Perfugas e Bangios, situati in Anglona.*

Copia di registro [R], ACA, Cancillería, Reg. 1022, ff. 69v-71.

## 488

<1353>

*Processo contro il giudice di Arborea Mariano IV istruito dalla curia regia aragonese. Tra le testimonianze raccolte vi è il riferimento al fatto che il giudice si era "confederato" per circa tre anni con i Doria e i Malaspina durante la guerra tra questi e il governatore del regno di Sardegna.*

*Proceso contra los Arborea, II-III, a cura di S. Chirra, Pisa 2003, doc. 15, p. 87.*

## \*489

<1354?>

*Il governatore Riambau de Corbera dona al sardo Pereto Ripar il salto di Lucia, situato nel territorio del villaggio di Salvennor.*

Citato in doc. 536.

\*490

**1354, gennaio 10, Sassari**

*Il governatore Riambau de Corbera concede al còrso Ombertino delo Loro, abitante di Sassari, il villaggio di Mavar, situato nelle terre che furono dei Malaspina.*

Citato in doc. 492 e in doc. 536 («Obertino Corso qui dascubri la trayscio de Sasser que tractava lo Jutge Darborea e foli dada la dita villa per En Riambau de Corbera e confermada per lo senyor Rey»).

491

**1354, marzo 13, Sassari**

*Il governatore Riambau de Corbera concede in enfiteusi al còrso Guglielmo Ciliqueso, cittadino di Sassari, vigne ed orti pertinenti ai villaggi di Ducala (Utali) e Saseli (Sassalo), situati nelle terre che furono dei Malaspina.*

Citato in M.G. MELONI, *Presenza corsa*, p. 24.

\*492

**1354, luglio 3, assedio di Alghero**

*Il re Pietro IV conferma la concessione, effettuata tempo addietro dal governatore Riambau de Corbera, in favore del còrso Ombertino delo Loro, abitante di Sassari, del villaggio di Mavar, situato nelle terre che furono dei Malaspina.*

Citato in doc. 510 e in M.G. MELONI, *Presenza corsa*, p. 24 e nota 51.

493

**1354, novembre 22, Alghero**

*Il re Pietro IV ordina a Ramon de Montbrú, castellano di Osilo, e a Giunta de Cherchi di ripopolare il borgo di Osilo, abbandonato dagli abitanti per motivi non precisati.*

L. D'ARIENZO, *Carte*, n. 516.

## 494

1354, novembre 23, Alghero

*Il re Pietro IV ordina a Guillem de Vilardebó di trasmettergli le copie di tutte le carte e lettere riguardanti i marchesi Malaspina e la baronia (di Osilo), affinché siano registrate nei registri della governazione.*

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 1024, f. 57v, 3°.

Lo rey d'Aragó.

Manam-vos espressament que de present nos trametat lo translat de les cartes totes et letres que nós fem als marqueses de Malespina de la baronia, com haiam entès que aquí sien registrades en los registres de la governació, e açò no prolonguets per neguna manera. *Datum* en lo loch del Alguer, a XXIII de novembre en l'any de la Nativitat de nostre Senyor M CCC L IIII. *Vidit Monaldus*.

*Iohannes Saurini, mandato regio facto per nos Guillelmum de Seneclement consiliarium.*

Fo tramesa a.n Guillem de Vilar de Bo.

## 495

1354, dicembre 12, Alghero

*Il re Pietro IV incarica Bernat de Cruilles, governatore della città di Sassari, del villaggio di Alghero e del Logudoro, di indagare circa i diritti dell'abate di S. Maria di Paulis Isnardo, il quale lamentava l'usurpazione, tempo addietro, di terreni pertinenti al monastero da parte dei Doria e dei Malaspina, terreni ora in mano alla curia regia aragonese.*

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 1024, ff. 70v, 4°-71.

Citato in M.G. MELONI, *I Cistercensi*, p. 91.

Petrus et cetera. Nobili et dilecto consiliario nostro Bernardo de Crudillis, gubernatori civitatis Sasseris et ville de Alguerio ac terre Lugudori, salutem et dileccionem. Clamosis vocibus noviter est supplicatum coram nobis per venerabilem fratrem Isnardum,

abbatem monasterii Sancte Marie de Padulis, quod cum marchiones Malespine et domini de Auria et alie persone nobis rebelles, retroactis temporibus, detinuerint et occupaverint penes se iniuste plurima et diversa bona pertinentia ad dictum monasterium de Padulis, que licet pluries requisiti restituere minime curaverint, in magnum dampnum et preiudicium evidens dicti abbatis et eius monasterii, dignaremur eidem super predictis de condecienti remedio providere, faciendo sibi restitui bona predicta, ex quo dicta baronia ad manus nostras pervenit. Cuius supplicatione benigne admissa, confidentes // de fide et legalitate vestra vobis dicimus et expresse mandamus quatenus, vocato procuratore nostro fiscali et aliis qui evocandi fuerint, de predictis omnibus informacionem veridicam ex acta diligenci recipiatis, qua recepta eandem sub vestri sigilli munimine ad cancellariam nostram ubicumque fuimus constituti transmittatis, ad hec ut iuxta eius tenorem possimus super predictis eidem abbati et eius monasterio de iusticia providere. Nos enim vobis super hiis vices nostras plenarie comittimus cum presenti. Datum in loco Alguerrii, duodecima die decembris, anno a nativitate Domini M CCCLIII. Vidit Monaldus.

Iacobus Castellionis, mandato regio facto per Berengarium de Ulmis, consiliarium.

#### 496

##### 1354, dicembre 23, Alghero

*Il re Pietro IV concede in feudo «iuxta morem Italie» ai fratelli sardi Lorenzo e Giovanni Sanna alcuni possedimenti situati nella curatoria di Figulinas, come compenso per la fedeltà e i servigi prestati alla Corona.*

Copia di registro [R], ACA, *Cancellaria*, Reg. 1024, ff. 105, 2°-105v.

Nos Petrus et cetera. Attendentes grata et accepta servicia per vos Laurencium et Iohannem Sanna, fratres, sardos, nobis diversimode impensa ac dampna que sustinuistis ob guerram incursum qui vignerunt temporibus retrolapsis in quibus, ut didiscimus, personas vestras multifarie mores periculo subiecistis indeque dampna

quam plurima substinuistis, propterea graciose damus et concedimus vobis ac vestris perpetuo cum presenti donacione pura et irrevocabili, que dicitur inter vivos, in feudum iuxta morem Italie et retenciones inferius annotatas, quendam saltum terre laboratorie vocatum Saltus de Pradu de Muru, positum in territorio de Figolines, baronie Osuli, sub confinibus infrascriptis, vel aliis siquiefuerint vexiores, videlicet a Castro de Petra Dena<sup>a</sup> recte ad locum dictum Iohanne de Querquos, et ab inde recte ad nurachem de Ledaor, indeque recte ad nurachem de Iuvaneli et recte ad Valliclum dessa Pruna, indeque itur de fronte in frontem recte ad Scalam Albam et recte ad Iuum<sup>b</sup> Iuntum, et ab inde descenditur ad Vadum dessa Ficu Alba, et ab inde acceditur recta via ad Petras Serratas, ab indeque descenditur ad Vallem Saoste ad viam qua itur de Scolcha de Cargieche ad villam de Musquiano et ibi confinatur cum Pratu de Guerclio et ab inde ascenditur recta via ad Gadum de Ranzarza recte per rivum, et confinatur cum Pratu de Musquiano et ab inde se extendit ad nurachem dessa Scala Ulpina ubique voluitur de fronte in frontem recte // ad nurachem de Anima et recte ad Serra Vosi. Hanc autem concessionem sive donacionem dicti saltus recte facimus et concedimus vobis et vestris pro indiviso pure, libere et absolute, cum introitibus, exitibus, pascuis, devesiis, arboribus fructiferis, iuribus et pertinentibus suis universis et cum omnibus melioramentis et augmentis ibi factis et de cetero faciendis, sicut melius dici potest et intelligi ad vestri et vestrorum bonum et sincerum intellectum. Mandantes universis et singulis dictum saltum tenentibus ac fructuantibus quod vos dictum Laurencium et Iohannem et non alios inantea pro dominis saltus prehabiti habeant et teneant velque respondeant de suis iuribus et redditibus assuetis, velut nobis respondere tenebantur ante huius concessionem. Nos enim vos dictos Laurencium et Iohannem in rem vestram dominos et procuratores constituimus, et in locum nostrum ponimus in eisdem, ad habendum, fruendum, vendendum, alienandum et aliter inde vestras faciendum omnesmodas voluntates. Retinemus tamen nobis et nostris in predictis que nobis super damus laudimium et faticam triginta dierum quotienscunque ea vendere vel alienare contigerit quovismodo quodque collaremus vos vel vestri vendere vel alienare ipsa non possitis nisi personis laycis dumtaxat et quod nullum alium dominum inibi proclametis nisi tamen nos et successores nostros in Sardinie et Corsice regno. Retinemus eciam

in eisdem omnia alia et singula que secundum morem feudorum Italie dominus maior et princeps in feudis propriam naturam feudi habentibus habere debet et sibi pertinent quavis causa. Mandamus itaque gubernatoribus, vicariis, subvicariis ceterisque officialibus et subditis nostris presentibus et futuris quod concessionem nostram huius ratam, gratam et firmam habentes nobis teneant et observent ac teni et observari inviolabiliter faciant per quoscumque et non contraveniant seu aliquem contravenire permittant aliqua ratione. In cuius rei testimonium presentem vobis fieri iussimus nostre magestatis sigillo appendicio comunitam. Datum in villa Alguerii, XXIII die decembris, anno a nativitate Domini M CCC L IIII. Subscripsi Guillelmus.

Signum \*\*\* Petri, Dei gracia regis Aragonum, Valencie, Maiorice, Sardinie et Corsice, comitisque Barchinone, Rossilionis et Ceritanie.

Testes sunt Bernardus de Capraria, Bernardus, vicecomes Caprarie et Petrus, dominus Xerice, Gilabertus de Scintillis, Berengarius Carrocii.

Iohannes Saurini, mandato regio facto per nobilem Guillelmus de Scintillis, consiliarium.

Vidit eam domino rege Matheus.

Probatus.

<sup>a</sup> leggi d'Ena <sup>b</sup> così nel testo

### 1354, dicembre 23, Alghero

*Il re Pietro IV concede in feudo «iuxta morem Italie» ai sardi Giunta de Cherchi, notaio, e Bertrando Solina alcuni possedimenti situati nella curatoria di Coros, come compenso per la fedeltà e i servizi prestati alla Corona: «quendam saltum terre laboratorie positum in Valle de Mascara infra confines civitatis Sassereti et villarum Dusune<sup>a</sup> atque de Tixi, confinatum sub confinibus infrascriptis vel aliis siquiefuerint vexiores, videlicet a gado fluminis sive rivi de Tureso de inde accedi-*

tur recta via versus Sasserum usque ad terminum frontis de Mascar, et acceditur recte dictum termen usque ad viam qua itur de Sasserò ad villam de Tixi et confinatur cum terra Petri Salelles et ibi transitur per flumen et acceditur recta via ad montem Tripione et voluitur recte termen dicti montis usque ad Vallem de Santhos ibique descenditur ad Scalam de Sa Mola et confinatur ubi cum terra de Paules et acceditur ad montem de Tuor et voluitur recte termen dicti montis usque ad terram de Paules et ibi voluitur et transit per viam qua itur de Sasserò ad villam de Usune et Vallum Varicis ubi voluitur et descenditur ad Gadum dessu Massario dessa Querssa et ascenditur recte rivum usque ad dictum Gadum Turresum».

Copia di registro [R], ACA, *Cancellaria*, Reg. 1024, ff. 106-106v.

<sup>a</sup> leggi d'Usune

\*498

<1354, Alghero>

*Il re Pietro IV concede il mulino di Corona de Mandras a Giunta de Cherchi, abitante di Sassari, «sub certo censu quolibet anno nobis fiendo».*

Citato in doc. 506.

499

1355, febbraio 19, Castell de Càller

*Il re Pietro IV scrive al governatore del Capo di Logudoro affinché intervenga in favore di Benedetto, abate del monastero di Plaiano e vicario di quello di Salvendres (Salvennor), che lamentava l'usurpazione di alcuni terreni pertinenti ai due monasteri da parte dei Doria e dei Malaspina, i quali tuttora ne erano in possesso.*

Copia di registro [R], ACA, *Cancellaria*, Reg. 1024, ff. 100, 3°-100v.

Petrus et cetera. Dilecto nostro gubernatori capitis Lugudorii, salutem et dileccionem. In nostra constitus presencia venerabilis

fratrer Benedictus, abbas monasterii de Pleyano et vicarius monasterii de Salvendres, nobis humili supplicacione insinuavit quod barones de Auria et marquesani de // Malespina occupaverunt et ceperunt ad manus suas diversos saltus et terras ac alia bona ipsius abbatis et vicarii ac ipsorum monasteriorum et ipsis pertinentiis, que bona ut fertur adhuc tenent indebite occupata et ipsa ab eis minime recuperare et habere potest, in non modicum dampnum et preiudicium ipsius abbatis et dictorum suorum monasteriorum, et supplicavit nobis sibi in predictis debite provideri. Nosque, eius supplicacione benigne admissa per vos de predictis ad plenum informari velimus, idcirco vobis dicimus et mandamus quatenus de predictis omnibus diligenter vos informetis et ipsum factum sive negocium in vos caute recolligatis, quo per vos recollecto processum quem de hiis feceritis clausum et sub vestro sigillo sigillatum ad curiam nostram protinus transmitatis, ad hoc ut super predictis providere cum iusticia possimus, ut fuerit rationis, quia nos super predictis vobis plene vices nostras comitimus cum presenti. Datum in Castro Callari, XIX die februarii, anno a nativitate Domini M CCC L quinto. Subscripsi Guillelmus.

Iohannes Egidii, ex petitione provisa in consilio per Berengarium de Ulmis, nostri consiliarium et auditorem ac plures alios.

## 500

### 1355, febbraio 21, Castell de Càller

*Il re Pietro IV, accogliendo la supplica del sardo Pietro Uge, al quale il governatore Riambau de Corbera aveva assegnato tre anni prima il villaggio di Muskianu (in curatoria di Figulinas), ordina al governatore del Capo di Logudoro Bernat de Cruilles di intervenire per consentire al detto Pietro Uge la riscossione dei redditi del villaggio, ostacolata dal vicario della baronia di Osilo Giunta de Cherchi, tenendo conto però anche della restituzione ai Malaspina della curatoria di Figulinas, secondo i patti del 1352.*

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 1025, f. 28v, 2°.

Petrus, Dei gracia rex Aragonum et cetera. Nobili et dilecto Bernardo de Crudiliis, gubernatori capitis Lugudori, salutem et dileccionem. In humili supplicacione oblata coram nobis per



Petrum Uge, sardum, vidimus contineri qualiter Rambaldus de Corbaria, quondam gubernator regni Sardinie generalis, visis et attentis serviciis per eundem Petrum nobis impensis, dedit et concessit graciose eidem Petro ad usufructuandum et gaudendum omnes fructus et redditus cuiusdam ville vocate Musquiano, cuius concessione vigore ipsos fructus et redditus collegit et percepit per tres annos et amplius. Cumque ex dicta concessione cartam licet mandata fuerit fieri per dictum quondam gubernatorem Petro Corp, tunc scribaniam gubernacionis officii regenti, habere non valuerit in formam debitam, tam propter occupacionem dicti notarii quam propter guerrarum incursus. Et quia restituta per nos exitit baronia eius ville marchionibus Malespine, in cuius territorio et iurisdiccione dicta villa de Musquiano fundata noscitur et constructa, nuncque Iuncta de Querqui, notarius, pro nobis dicte baronie vicarius, non attentis predictis, privet dictum Petrum a percepcione et recepcione fructuum et reddituum iamdictorum, in ipsius Petri dampnum non modicum et iacturam, propter quod supplicavit nobis sibi super hiis provideri de remedio concedenti. Igitur, admissa per nos benigne dicta eius supplicatione, vobis dicimus, comitimus et mandamus quatenus, vocatis evocandis, faciatis super predictis dicto supplicanti iusticie complementum, maliciis omnibus proculpulsis et sola facti veritate attendita, cum sit persona que nobis multum servivit, ut didicimus, ex quo sic super predictis duximus providendum. Datum in Castro Callari, XXI die febroarii, anno a nativitate Domini millesimo CCC L quinto. Subscripsi Guillelmus.

Iohannes Saurini, ex petitione provisa in consilio per Berengarium de Ulmis, nostri consiliarium et auditorem ac plures alios.